Fr. 84. Plut. de Herodoti malign. c. 42: Ἄλλὰ Κορινθίους γε καὶ τάξιν, ἦν ἐμάχοντο τοὺς βαρβάρους καὶ τέλος ἡλίκον ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ Πλαταιῶν ἀγώνος, ἔξεστι Σιμωνίδον πνθέσθαι, γράφοντος ἐν τούτοις Μέσσοι πτλ. . . πατέροις. (v. 1—6.) Ταῦτα γὰρ οὐχ οἶον ἐν Κορίνθῳ διδάσκων, οὐδὲ ἄσμα ποιῶν εἰς τὴν πόλιν, ἀλλ' εἰς τὰς πράξεις ἐκείνας ἐλεγεῖα γράφων ἵστορην. Duo diversa sunt fragmenta eiusdem elegiae, ut scite animadvertisit Blass: nam v. 3 seq. non possunt continuo excipere primum distichon, quandoquidem v. 3 Corinthii fere iisdem verbis recensentur, quibus v. 1; priore disticho poeta locum indicavit, quem Corinthii in acie obtinuerunt, v. 3 seq., postquam proelii descriptio ad finem est perducta, laudat praeter alios Corinthios propter egregia facinora. Praeconii insolentia, solem enim poëta adhibet testem rerum, quae praesente Graecorum exercitu gestae erant, satis arguit, Corinthios statim post proelium Plataeense in varias reprehensiones incurrisse: poeta prudens, cum intelligeret non esse suum delicta sive ducum sive militum, si quae admissa erant elevare vel defendere, invidiam quantum licitum studuit arcere. — Lunghahn, cui Plutarchei libelli fides suspecta est, etiam hos Simonidis versus subditios esse censem, vel si Cei poetae sint, ludibrii causa has nugas scripsisse, quae redarguere otiosi est hominis. — V. 1. Μέσσοι, BE et vett. edd. μέσσουσι. — Ἐφύρον Schneidewin, BTV γ' Ἐφύρων, vulgo γέφυρων. — V. 3 et seq. manifesto mendo laborant, sed cura incerta, fortasse scri-

Οὐ τε πόλιν Γλαύκοιο, Κορίνθιον ἄστυ, νέμοντες,
οὐ * κάλλιστον μάρτυν ἔθεντο πόνων
5 χρυσοῦ τιμήντος ἐν αἰθέρῃ· καὶ σφιν ἀέξει
αὐτῶν τ' εὐρεῖαν κληδόνα καὶ πατέρων·
ξεινοδόκων γὰρ ἄριστος ὁ χρυσὸς ἐν αἰθέρῃ λάμπων.

85. [60.]

(Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμα' ἔμπεδον αἰεί·)
ἐν δὲ τῷ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ·
οἶη περ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν· 1147
παῦροι μὴν θνητῶν οὕασι δεξάμενοι
5 στέρονοις ἐγκατέθεντο· πάρεστι γὰρ ἐλπὶς ἑάστω,

bendum. *Oὐ δὲ πόλιν . . . νέμονται, οἷον καλλίστων μάρτυν ἔθεντο πόνων χρυσὸν τιμήντα τὸν αἰθέρην*, ascivi oīon ab Hermanno, καλλίστων a Reiskio propositum. Quod Schneidewin scripsit κύνιον καλλίστων κτλ., monendum hanc verborum collocationem a Simonidis arte abhorrente, postea suasit οὐ καὶ (ita Ursinus) . . . χρυσὸν τιμήνθ' ὃς ἐν αἰθέρῃ, sermone plus quam pedestri. Ipse olim dubitante refinxi οὐ καὶ καλλίστον μάρτυν ἔθεντο πόλιον, Bamberger coni. οἷον καλλίστων vel οἴον καλλίστον. Hartung multa molitus ξεινοδόκουν ηρείσσω δαιμονίον ἔθεντο πόνων scripsit. Schmidt γάρος pro πονων suasit. — V. 7 adieci ex Apollonio Lex. Hom. 116, 25 Ξεινοδόκος. . . . ὃ δὲ Πίνδαρος ξεινοδόκησέν τε δαιμῶν (fr. 311). ἀντὶ τοῦ ἐμαρτύρησεν· καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ (σ. 63). Ξεινοδόκος μὲν ἐγώ, ἔδοξέ τισι λέγειν (μάρτυρα). φησὶ γονν Σιμωνίδης. Ξεινοδόκων δ' ἄριστος ὁ χρ. ἐν αἰθέρῃ λαμπρός. ἀντὶ τοῦ μαρτύρων. — γὰρ ἄριστος scripsi, δ' ἄριστος Brunck, vulgo δ' ἄριστος. Meam emendationem recepit Hartung. — λαμπτῶν pro λαμπρός exhibent Et. M. 610, 46. Et. Gud. 414, 35 et Zonar. 1415 (Mingarelli codd. Nan. 496), qui eundem versum per errorem Pindaro tribuunt et ὃ omittunt.

Fr. 85. Stob. Flor. XCVIII 29: Σιμωνίδον. Elegiacum hoc carmen, quod plenum atque integrum esse videtur, non dubitaverunt homines docti Ceo poetae vindicare, mihi a melici consummata arte et ingenio prorsus abhorrente videtur, itaque nescio an potius sit Amoragini, quem praeter iambos etiam elegias scripsisse constat, vide quae dixi vol. 2 p. 441: atque assensus mihi est L. de Sybel. Est autem hoc carmen non solum antiqua simplicitate insigne (velut paucis his versibus θνητῶν et θνητοῖς τε, βιοτον bis iteratur, νέων v. 6 si integrum est, eadem sententia proximis versibus repetitur), sed etiam protrepticum carminis consilium plane conspirat cum antiquioris Simonidis ingenio. Tamen Plutarchus sive quis alias Homeri vitam scripsit (vide ad v. 2) quando Simonidem cum Pindaro coniungit, melicem poetam, non iambographum dicere videtur, siquidem illi biographi hanc elegiam respexerunt. — V. 1 solus Ursinus habet, in Stobaeo desideratur. — V. 2. Resp. Plut. vit. Hom. 283 ed. Gale: Οὐηρον τοίνυν Πίνδαρος μὲν ἐφη Χῖον τε καὶ Συμνοναῖον γενέσθαι, Σιμωνίδης δὲ Χῖον. Cf. vit. Hom. ed. Westerm. 28 (Cram. An. Par. III 98, 13). — ἐν δὲ τῷ, Hecker ἐν δὲ τῷ. — V. 3. τοίη δὲ, legebatur τοιήδε. — V. 4. μὴν scripsi, atque

ἀνδρῶν ἥτε νέων στήθεσιν ἐμφύεται.
 Θυητῶν δ' ὄφρα τις ἀνθος ἔχῃ πολυνίφατον ἥβης,
 κοῦφον ἔχων θυμὸν πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ·
 οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασέμεν οὔτε θανεῖσθαι,
 10 οὐδὲ ὑγιὴς ὅταν ἦ, φροντίδ' ἔχει καμάτου.
 νῆπιοι, οἵς ταῦτη κεῖται νόος, οὐδὲ ἵσασιν,
 ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης καὶ βιότοι' ὀλίγος
 θυητοῖς· ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα
 ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.

86. [11.]

* * *Oīnov ἀμύντορα δυσφροσυνάων.*

87. [65.]

Ζεὺς πάντων αὐτὸς φάρμακα μοῦνος ἔχει.

*88. [67. 68.]

*Hv ἄρ' ἔπος τόδ' ἀληθές, ὅτ' οὐ μόνον ὕδατος αἰσαν,
 ἀλλά τι καὶ χλεύης οἶνος ἔχειν ἐθέλει·
 οὐ γὰρ ἀπόβλητον Διονύσιον οὐδὲ γίγαρτον.*

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

Simonidis epigrammata, quorum insignes reliquiae ad nos propagatae sunt, inter praeclarissima litterarum Graecarum mo-

ita Meineke et Hermann, vulgo *μιν.* — V. 6. Ἡ τε νέων, conieci Ἡ τ'
 ἐνεῶν. — V. 9. γηρασέμεν Vind., γηρασ έμεν A, γηρασέμεν vulgo,
 γηρασκέμεν Buttmann. Ionici sermonis lex γηρησέμεν videtur requi-
 rere, quemadmodum πειρήσειν dicitur. — V. 10. οὐδ', Hartung οὐδ'.
 — V. 11. νῆπιοι, οἵς Stephanus et Ursinus, vulgo νηπίοις, A νηπίοισι,
 B νηπντίοις. — V. 12. βιότοι Stephanus, βιότον vulgo, Ursinus βιό-
 τοι, Hermann βιοτῆς.

Fr. 86. Ath. X 447 A: Τοῦτο γὰρ παθεῖν οὐ δύνανται οἱ τὸν
 κατὰ Σιμωνίδην πίνοντες οἶνον ἀμ. δνσ. (B δυσφροσυνὸν), nisi forte
 δυσφροσυνᾶν scribendum, ut sit ex melicis carminibus.

Fr. 87. Stob. Eclog. Phys. I 28: Σιμωνίδης. Ζεὺς οὐτ. — πάν-
 των cod. Grotii, πάντως A. Versus hic fortasse epigrammatum reli-
 quiis adscribendus.

Fr. 88. Athen. I 32 B: Ἡ γὰρ κτλ. ὁ Κείός φησι ποιητής. For-
 tasse tertius tantum versus Simonideus est, et si omnia Simonidis sunt,
 dubium an hacc cohaereant. — V. 1. ἦν ἄρ' Porson, vulgo ἦ γάρ. —
 V. 2. χλεύης scripsi, BCDV λεύχης, L λεσχῆς. — V. 3. οὐ γὰρ Schweig-
 haeuser, libri οὐδὲ γάρ.

numenta referenda esse consentiunt periti. Simonides enim praeter ceteros hoc poesis genus illustravit iisque qui post secuti sunt consummatae artis exemplum ad imitandum proposuit. Huc accedit, quod Simonides suam operam illustribus potissimum hominibus temporibusque dicavit, itaque poemata, quae quidem publicis monumentis inscripta fuerunt, rerum bellis Medicis gestarum gravissima suppeditant testimonia. Sed quo iure Simonidi attribuamus epigrammata, quae eius nomine feruntur, in quaestione versatur, quam controversiam cum penitus dirimere non liceat, pro viribus tamen in commentario expedire studui. De singulis epigrammatis cum suo loco dictum sit, nonnulla prae-munienda sunt quaestioni, quae plena est inter doctos indoctosque dissensionis.

1.

Qui nuper studiose et naviter de fide et auctoritate epigrammatum disputaverunt, quae Simonidis nomen piae se ferunt, id agunt, ut etiam quae veteres scriptores testificati sunt, tantum non omnia in suspicionem vocent. Hinc igitur ordiendum.

Bellis Medicis confectis et civitates et homines privati, qui gloriosi laboris non fuerunt participes, ambitiose expetebant communionem laudis, qua merito fruebantur, qui fortiter hostiles impetus propulsaverant; inde rerum gestarum memoria fictis titulis vitiata. Quousque ambitione immoderata progressa sit, ostendit Herodotus, narrans IX 85 post pugnam Plataeensem tumulos inanes in memoriam eorum, qui illi pugnae non interfuerant, exaggeratos esse: τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι καὶ φάνονται ἐν Πλαταιῇσι ἔντες τάφοι, τούτους δέ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπεστοῖ τῆς μάχης, ἐκάστους χώματα χῶσαι κεινὰ τῶν ἐπιγινομένων εἴνεκα ἀνθρώπων. ἐπεὶ καὶ Αἰγανητέων ἐστὶ αὐτόθι καλεόμενος τάφος, τὸν ἐγὼ ἀκούω καὶ δέκα ἔτεσι ὕστερον μετὰ ταῦτα, δεῃθέντων τῶν Αἰγανητέων, χῶσαι Κλεάδην τὸν Αὐτοδίκον, ἄνδρα Πλαταιέα, πρόξεινον ἔοντα αὐτῶν. Hoc Herodoti testimonium Plutarchus de maledic. Herod. c. 42 acriter sane et facete perstrin git, velut Simonidis ep. 140 inserens quaerit: μὴ καὶ τοῦτο Κλεάδας ἢ τις ἄλλος, ὁ Ἡρόδοτε, πολακεύων τὰς πόλεις ἐπέγραψεν; et rursus c. 43 non sine exaggeratione historiarum scriptorem insectatur (κεινὰ δὲ πολνάνδρια τιμώμενα ἐκάστοις, ψευδῶν δὲ γραμμάτων μεστοὶ τρίποδες ἐστάσι καὶ βωμοὶ παρὰ τοῖς θεοῖς), verum reapse nihil protulit, quo Herodoti fidem in hac quidem memoria elevaret.

Si discrepant qui posterioribus saeculis monumenta bellorum Medicorum recensent Strabo et Pausanias ab Herodoto, neque huius neque illorum de auctoritate addubitandum aut veri simile post Herodoti aetatem faciem illorum locorum, qui egregiorum quondam facinorum testes fuerunt, penitus immutatam esse. Monumenta ac tumuli, quos viderunt Strabo et Pausanias, iam Herodotus novit, sed quia diligenter sciscitatus elogia publica auctoritate inscripta ab iis, quae postea addita sunt, segreganda esse intellexit, haec quidem praetermisit. Hic igitur dissensus Herodoti fidem planissime confirmat.

Herodotus Thermopylis tria elogia, Peloponnesiorum, Spartaporum, Megistiae vatis, Amphictyonum auctoritate pilis inscripta fuisse memoriae prodidit VII 228. At Strabo IX 425 quinque pilas in communi sepulcro positas esse tradit et Locrorum elogium adhibet: *καθάπερ καὶ τὸ ἐπίγραμμα δῆλοι τὸ ἐπὶ τῇ πρώτῃ τῶν πέντε στηλῶν τῶν περὶ Θεσπιάς ἐπιγεγραμμένον πρὸς τῷ πολυνανδρίῳ*. Accedit elogium Thespisium, quod Stephanus Byz. v. Θέσπεια adscripsit: *καὶ ἐπίγραμμα τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῶν Περσῶν, ἦν δὲ Φιλιάδου τοῦ Μεγαρέως*.

ἄνδρες, τοι ποτ' ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἐλικῶνος,
λήματι τῶν αὐχεῖ Θεσπιάς εὑρόύχορος.

Quamquam enim Thespenses etiam proelio Plataeensi interfuerunt (Herod. IX 30), hoc tamen epigramma non dubito ad Thermopylensem pugnam referre, in qua Thespisium virtus singularis enituit.* Itaque quinque recuperavimus epigrammata, ac totidem columellas sitas esse auctor est Strabo. Sed ambigas, utrum Strabo monumenti, quod Simonidis consilio Megistiae honori dedicatum est, rationem habuerit necne: equidem antea (p. 1149 ed. 3) hanc quaestionem in medio reliqui, sed Locrenses si tituli honorem impetraverunt, etiam Phocensium desideriis satis factum esse verisimile; quinta igitur columella fuit Phocensium: hic denique accessit Megistiae monumentum.

Ut Herodoti et Strabonis inter se dissentientium testimonia

*) Elogium non integrum servatum; bina olim fuisse videntur disticha, quemadmodum epigramma in Megistiae honorem quattuor versibus constat: duo tituli (Sim. ep. 91. 92) duobus versiculis occisorum laudes comprehendunt, tertium (ep. 93) utrum distichon an tetrastichon fuerit incertum, vid. adn. Recepit v. 1 Brunckii emendationem, nam in libris est ἄνδρες θ' οὗ, quam lectionem si sequimur, alias gentis nomen in exordio carminis memoratum fuisse statuendum: at Thespenses Thebanorum societatem parum honorificam aversatos esse consentaneum est.

conciliarem, antea scripsi, Herodotum videri praecipua tantum delibavisse, omissis, quae ipsi minus gravia videbantur. At Simonidis opera cum usi sint Amphictyones, omnia elogia, quae quidem tunc publica auctoritate pilis inscripta sunt, ab hoc poeta suppeditata esse consentaneum: at Thespensium elogium Philiadi Megarensi attribuitur, neque quidquam causae est, cur Stephani testimonio fidem derogemus. Igitur a principio praeter Megistiae monumentum duae tantum pilae Peloponnesiorum et Spartanorum memoriae fuerunt consecratae. Amphictyones igitur Spartanorum importunitati ac superbiae obsecuti Thespenses, quorum virtus Spartanis aequiparanda fuit, suo honore fraudaverunt: de hac iniuria merito conquesti Thespenses postea impetraverunt, ut sibi liceret columellam in communi sepulcro excitare, neque iam poterant Amphictyones Locrensibus aut Phocensibus eum honorem invidere.*). Ita iuste potentibus satis factum, non vanitati aut arrogantiae Graecarum gentium obtemperatum. Sed Herodotus haec additamenta non curavit.

De sepulcris ad Plataeas haec scribit Pausanias IX 2, 5: *κατὰ δὲ τὴν ἔσοδον μάλιστα τὴν ἐς Πλάταιαν τάφοι τῶν πρὸς Μῆδους μαχεσαμένων εἰστ· τοῖς μὲν οὖν λοιποῖς ἐστὶν Ἐλλησι μνῆμα κοινόν· Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Ἀθηναίων τοῖς πεσοῦσιν ιδίᾳ τέ εἰσιν οἱ τάφοι καὶ ἐλεγεῖά ἐστι Σιμωνίδου γεγραμμένα ἐπ' αὐτοῖς· οὐ πόρρω δὲ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἐλλήνων Διός ἐστιν Ἐλευθερίου βωμός· τοῦτο**) μὲν δὴ χαλκοῦ, τοῦ Διὸς δὲ τὸν τε βωμὸν καὶ τὸ ἄγαλμα ἐποίησαν λευκοῦ λίθου. Quae periegeta summatim perstrinxit, Herodotus IX 85 pluribus exponit: *οἱ δὲ Ἐλληνες, ὡς ἐν Πλαταιῇσι τὴν λῃτὴν διείλοντο, ἔθαπτον τοὺς ἑωντῶν χωρὶς ἔκαστοι. Lacedaemonios tria fecisse sepulera (τριξάς θήκας h. e. εἰρένων, reliquorum Spartiatarum, Helotarum): tum pergit Τεγεῆται δὲ χωρὶς πάντας ἀλέας· καὶ Ἀθηναῖοι τοὺς ἑωντῶν δύοι, καὶ Μεγαρέες τε καὶ Φιλάσιοι τοὺς ἓπτοις ἔπιπον διαφθαρέντας· τούτων μέντοι πάντων πληρέες ἐγένοντο οἱ τάφοι.* Quae Herodotus de tribus Lacedaemoniorum tumulis tradit haudquaquam pugnant cum*

*) Locrorum et Phocensium antea nullam habuisse rationem videntur, quoniam proximo anno Persarum signa secuti sunt (Herod. IX 31), at Thespensibus insignita iniuria facta.

**) τοῦτο scripsi, quod ad monumentum (*μνῆμα*) referendum, libri τοῦτον, perperam corrigunt τούτους i. e. τάφους, at tumulos aheneos quis unquam excitatos esse audivit? Paulo ante ὁ δὲ Κιθαιρών τὸ δέος Διός ἱερὸν Κιθαιρωνίους ἐστὶν vel scripturae varietas Κιθαιρωνίας aliquid interceptum esse arguit, scribendum Διός ἱερὸν Κιθαιρωνίους καὶ Ἡρας Κιθαιρωνίας, cf. Plut. Aristid. c. 11 et Eurip. Phoen. 24.

verbis Pausaniae, qui plures fuisse tumulos dilucide testari brevitatis gratia noluit. Item uterque dicit Athenienses suos seorsim terrae mandavisse, at dissentient de ceteris gentibus. Pausanias haud dubie erravit, his commune sepulcrum vel potius monumentum tribuens: si in hoc tumulo *μνῆμα χαλκοῦν* positum fuisse, socii maiore honore forent affecti quam Lacedaemonii et Athenienses. Hoc monumentum, quod Pausanias unus memoravit, Graecos in memoriam victoriae Plataeensis excitavisse credo, fuit igitur *μνῆμα Ἐλλήνων κοινόν*. Pausaniae error videtur inde repetendus, quod circa hoc monumentum tumuli ceterarum gentium erant siti: titulum enim huic monumento non fuisse subiectum arguit Plut. vit. Aristid. 19, qui cum contra Herodotum disserens adhibuerit epigramma in ara Iovis Liberatoris inscriptum, huius monumenti titulum non praetermississet*): nam commode poterat uti Plutarchus hac inscriptione, qua planum fiebat hoc monumentum aut ab omnibus Graecis in proelii memoriam aut honori reliquorum sociorum dedicatum esse.

Omissa igitur Pausaniae testimonio Herodoto confidimus a singulis gentibus mortuos seorsim sepultos esse: recenset autem praeter Lacedaemonios et Athenienses tumulos Tegeatarum, Megarensium, Phliasiorum**), aperte professus aliorum monumenta postea addita esse, velut Aeginetarum.*** Sed hic quoque non tam vanitas Graecorum, quam Pausaniae et Lacedaemoniorum insolentia culpanda, qui videntur compluribus gentibus tituli honorem invidisse: in Aeginetas certe non cadit opprobrium, quod Herodotus omnibus his facit (*ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπεστοῖ τῆς μάχης*), namque ipse Herodotus eorum copias in acie recenset IX 28, adde IX 79 et 80. Fortasse nullus Aegineta in ipso proelio occisus, ut eorum copias prorsus integras ex hoc gravissimo bello discessisse non est verisimile. Ipse Herodotus IX 70 recenset quot Spartani †), Tegeatae, Athenienses in proelio mortem obierint, IX 69 Megarensium et Phliasiorum plurimos in pugna

*) Plutarchum Chaeronensem, qui urbis et agri Plataeensium antiquitates diligentissime investigavit, haec loca visitavisse certum est.

**) Horum nomina pilae ostentabant, elogia utrum addita fuerint necne, incertum, nam Herodotus de epigrammati tacet, Pausanias tandem Simonidis carmina Atheniensium et Lacedaemoniorum sepulcris adscripta memorat. Sed verisimile has quoque pilas elogio non carruisse, cf. ad Simon. ep. 102. 103.

***) Verba Herodoti supra p. 429 et 427 adscripsi.

†) Helotarum occisorum numerum, quem haud exiguum fuisse par est, Herodotus non indicavit.

equestri cecidisse testificatur. Plutarchus, qui in vita Aristidis c. 19 numerum ab Herodoto IX 69 proditum memorat, iure haec addit: Θαυμαστὸν οὖν τὸ Ἡροδότου, πῶς μόνους τούτους φησίν ἐστι χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις, τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων μηδένα· καὶ γὰρ τὸ πλῆθος τῶν πεσόντων μαρτυρεῖ καὶ τὰ μνήματα*) ποινὸν γενέσθαι τὸ κατόρθωμα· καὶ τὸν βωμὸν οὐκ ἀνέπεγραψαν οὕτως, εἰ μόναι τρεῖς πόλεις ἡγενίσαντο, τῶν ἄλλων ἀτρέμα καθεξομένων. Prorsus enim incredibile de tot tantisque sociorum copiis neque prioribus proeliis neque in ipso discrimine ullos interemtos esse. Civitates praeter fas suo honore orbatae, cum de iniuriis conquererentur, postea impetraverunt tumuli et elogii decora, ac fortasse etiam indigni velut Elei et Mantinenses in honoris societatem pervenerunt.

Qui primi epigrammatis clarorum poetarum colligendis operam dederunt, saepe vel incertam secuti coniecturam, vel mystagogorum memoriae nimis faciles aures praebentes aliena carmina interseruerunt, neque tamen existimandum eos per omnia summa levitate hoc munere functos esse. Non defuerunt, qui religiose poetarum nomina investigarent, id quod docet epigramma Thermopylis in Thespiensium tumulo inscriptum (vid. supra p. 428). Neque Simonidi hoc elogium adscripserunt, quod proclive erat, neque Thespiensi alicui poetae, gratificaturi ambitioni civitatis, quam iure μουσοφίλητον Corinna dixit, sed Philiadi Megarensi, homini peregrino neque nominis claritatem adepto, hos versiculos vindicarunt, plane ut appareat, non levibus suspicionibus indulsisse, sed idoneorum testium auctoritatem secutos esse. Nam quamvis Simonides praecipue egregia illa facinora praeconio suo illustraverit, tamen alii quoque memoriam illius saeculi epigrammatis propagaverunt, vid. Aristid. II 209 ὥστε τοῖς προτέροις ἔργοις ἐκπεπληγμένων τῶν ποιητῶν τοῖς ὅτε εἰσήσαν οἱ βάρβαροι πραγχεῖσιν, ὅμως τις ὑμητερεύειν αὐτῶν εἰς ταῦτα ὕστερον.**)

2.

De Simonidis epigrammatis largam disceptandi materiam praebent quæstiones, quas Junghahn edidit Berol. 1869 et quæ

*) Monumenta dicit in tumulis, quos inanes fuisse auctor est Herodotus, posita, quae Plutarchi aetate etiam tunc integra servata erant.

**) Cavendum est ne quotquot epigrammata eius aetatis servata sunt, uni Simonidi vindicentur; velut distichon ap. Harpoer. p. 160: ἀρξάμενοι πρῶτοι τειχίζειν τόνδ' ἀνέθηκαν Βουλῆς καὶ δῆμον δογμασι

illius exemplum secutus Kaibel scripsit (in Mus. Rhen. XXVIII 436 seq. et in Iahnii Annalibus 1873), quorum opera potissimum in eo est posita, ut germana carmina Simonidis secernantur ab iis, quae huius poetae nomen falso prae se ferunt. Hoc quam arduum sit negotium norunt periti; ceterum Iunghahn quamvis difficillimae quaestioni expedienda impar, certe industriae laude non est fraudandus. Et hoc quidem loco potissimos errores redarguam, de ceteris, et si quid probabiliter disputaverunt, quantum satis est dicetur in commentario.

Iunghahn Simonidi omnia epigrammata abiudicat, in quibus pronomen *οὗτος* est δειπτικῶς dictum. Sane constat hac vice plerumque ὄδε fungi, cum οὗτος fere sit ἀναφορικόν, sed iam veteres grammatici animadverterunt, eadem passim promiscue usurpari, velut Apollonius Dyse. de pron. 333 eos reprehendit, qui negabant ὄδε etiam ἀναφορικῶς adhiberi.* Idem error veri tenet Iunghahnium, qui contendit comicos quidem poetas, velut Aristophanem, pronomen οὗτος δειπτικῶς usurpavisse, sed ab antiquioribus hunc usum esse alienum, argutias interpretandi machinatus, ut removeret, quae huic legi obstare vidit. Apud Pindarum Ol. IV 26 victor cum pervenisset ad curriculi terminum, οὗτος ἔγὼ ταχντάτι dicit, quod Apollonius de pron. p. 332 composuit cum Homericō ἔνδον μὲν δὴ ὄδ' αὐτὸς ἔγώ.**) Quod si novae legi obtemperandum, actum est de hoc carmine, sed non credo quemquam eo audaciae progressurum, ut Pindaro ab iudicet poema. Nihil agit Iunghahn, qui p. 11 nescio quibus interpretandi machinis usus Homericorum carminum exempla, quae ipsius doctrinae adversantur, removere conatur, velut Il. Ψ 618 τῇ ννν καὶ σοὶ τοῦτο, γέσον, πειμήλιον ἔστω et alia id genus, item K 341, ubi Ulixes conspicatus speculatorēm appellat Diomeden οὗτός τις, Διόμηδες, ἀπὸ στρατοῦ ἔρχεται ἀνήρ,

πειθόμενοι potuit quilibet pangere neque necesse est, hoc negotium mandatum esse Simonidi, quamvis Themistocle familiariter sit usus.

*) Homericō versu Od. α 185 *ηῆς δέ μοι ἥδ'* ἔστηκεν usus addit: *μεμπτέοι γὰρ οἱ ψιλῶς ἀναγνόντες, ἵνα ὁ καὶ νοῆται, ὑπολαμβάνοντες αὐτὴν δειπτικῶς μόνως τίθεσθαι.* Schol. Hom. τὸ ἥδε ἀναφορικῶς εἴρηνεν ἀντὶ τοῦ δειπτικῶς, itaque Herodianus ἥδε scribendum esse praecepit: *ἔστι γὰρ ἀντανομάλα ἀναφορική.* Neque vero inde conficiendum placuisse grammaticis circumflectere ἥδε, τὴνδε, οἰδε, τοῦσδε ibi tantum, ubi pronomen sit ἀναφορικόν, sed eodem tenore etiam δειπτικὸν insigniverunt.

**) Recte schol. Pindari τὸ οὗτος ἔγὼ ταχντάτι δειπτικόν vel εἶπε δειπτικῶς οὗτος ἔγώ. Iunghahn maluit recentiores interpretes sequi.

vel K 82 τίς δ' οὗτος πατὰ τῆς ἀνὰ στρατὸν ἔρχεαι οἶος;*) ut praetermittam Homeri et Hesiodi locos, in quibus hoc pronomen praenotat proxima, velut Od. α 159 τούτοισι μὲν ταῦτα μέλει πιθαρις καὶ ἀποδή.

Atque isti legi obsequium renuntiandum esse ostendunt etiam tituli in artis operibus inscripti, velut in antiquissimo Graecae artis monumento, in cista, quae Cypseli dicitur, hi versus legebantur (v. Pausan. V 18 et 19):

Λατοίδας οὗτος τάχ' ἄναξ ἐκάεργος Ἀπόλλων.**)
Ἄτιλας δ' οὐρανὸν οὗτος ἔχει, τὰ δὲ μᾶλα μεθήσει.
Ίφιδάμας οὗτός γε, Κώνων περιμάρναται αὐτοῦ.
Οὗτος μὲν Φόβος ἐστὶ βροτῶν, δ' ἔχων Ἀγαμέμνων.

contra ὅδε semel comparet:

Ἐρμεῖας ὅδ' Ἀλεξάνδρῳ δείκνυσι διαιτῆν.

Haec epigrammata Pausanias Eumelo epico poetae attribuit, quod sane incertum, sed Iunghahnio hoc vetustum artis monumentum ad Periclis aetatem ex imperio referenti nemo adsentiet.***) In Achaeorum monumento Olympiae legebatur (Paus. V 25, 10)

τῷ Διὶ τάχαιοι τάγάλματα ταῦτ' ἀνέθημαν
ἔγγονοι ἀντιθέουν Τανταλίδα Πέλοπος.

Onatas, Simonidis et Pindari aequalis, se fecisse testatur: πολλὰ μὲν ἄλλα σοφοῦ ποιήματα καὶ τόδ' Ὄνάτα ἔργον, δὲν Αἴγινα γείνατο παιδα Μήνων.†) Aliquanto recentior titulus scriptus ille

*) Sed Il. K 477 οὗτος, quamvis ἵδων Διομῆδεῖ δεῖξεν praecesserit, pronomen non δειπτικόν, sed ἀναφορικόν est. Item Il. Γ 178, ubi Helena dicit οὗτός γε Ἀτρεΐδης, nam referendum ad v. 167, ubi Priamus sciscitatus erat ὅστις ὅδ' ἐστὶν Ἀχαιὸς ἀνήρ: eademque ratio ib. v. 200 et 229. Neque κεῖται οὐτως Il. Φ 184 aliter explicandum, sed ταύτη apud Theognidem v. 717 est δειπτικόν.

**) Legendum est οὗτός γε vel γα Σάναξ. Pausanias ipse litteras obscuras non recte dignovisse videtur, quod alias quoque accidit, velut VI 10, 5 legit, si libris fides, τέχναν εἰδότες ἐν προτέρων, ubi ἐν πατέρων opinor scriptum fuit.

***) Non usus sum titulo, quem perhibebant mystagogi Amphitruonis thalamo additum esse, Paus. IX 11, 1: Ἀμφιτρύων . . . θάλαμον τ' εἴλιξατο τοῦτον ἔσαντῷ, ubi εἴλιξατο plane ineptum, videtur τε ἕδ' εἴσατο fuisse.

†) Quod ibidem Onatas in Thasiōrum donario de se αὐτὸς ἐν
POETAS LYR. III.

quidem ἀρχαῖοις γράμμασι (Paus. V 22, 3) in Apolloniatarum donario, quod Lycius Myronis filius fecit:

οἵ γὰς τέρμαθ' ἐλόντες Ἀβαντίδος ἐνθάδε ταῦτα
ἔστασαν σὺν θεοῖς ἐκ Θρονίου δεκάταν.

His addo titulum Melium valde antiquum (CIGr. I 3), qui etiamnunc extat:

παιὶ Διός, Ἐκφάντῳ δέξαι τόδ' ἀμενφὲς ἄγαλμα.
σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐτέλεσσε γρόφων.

ubi τόδε ἄγαλμα dicitur donarium, quod haud dubie columnae olim fuit impositum, τοῦτο est titulus, quem exhibet columna striata.* Item Tegeaticum epigramma (Sch. Eurip. Hippol. 263) haud dubie antiquum:

ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου, ὃς μ' ἀνέθηκεν,
μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόσεστι παλά.

Neque desunt exempla orationis pedestris, velut est in titulo, quem regis Psammetichi mercenarii Psampoli in colossi femore insculpserunt: *Βασιλέος ἐλθόντος ἐς Ἐλεφαντίναν Ψαμ(μ)ατίχου ταῦτα ἔγοαψων*. Item in vasculo (Annal. Inst. Archaeol. VII 238 seq.) ubi hirundinis adventum homines Attici his vocibus celebrant: *ἰδού χελιδών. νὴ τὸν Ἡρακλέα. αὐτῆτ. ἔαρ ἥδη.* quem titulum antiquum esse satis testatur ἀρχαῖα σημασία, quam vasculum exhibit.

Vicissim τόδε haud raro ἀναφοριῶς pro τοῦτο dici solet, velut apud Hom. Od. a 183, ubi interpretes Apollonium sequi debebant, item ap. Hesiodum Op. 297 ὅδ' αὐτ' ἀχρήιος ἀνήρ, hoc et similibus locis Schaefero auctore nostri ὁ δ' scribere solent, non recte. Eundem usum testificantur vetusta epigrammata, quemadmodum legitur in Coreyraeo titulo: *νιοῦ Τλασίαο Μενεροάτεος τόδε σᾶμα, Οἰανθέος γενεάν· τόδε δ' αὐτῷ δάμος ἐποίει· . . . σὺν δάμῳ τόδε σᾶμα κασιγνήτοι πονήθη.* item in alio: *σᾶμα τόδ' Ἀρνιάδα· χαροπὸς τόνδ' ὕλεσεν Ἀρης βαρνάμενον παρὰ ναυσίν.* Item in titulo quem Ol. 79 proxime ante Simo-

Αἴγινη δώματα ναυετάων perhibet, corrigendum *νάσω ἐν Αἴγινῃ*, quemadmodum legitur VIII 42, 9, nam artifex idem distichon etiam Hieronis monumento subscrapsit.

*) Boeckhii lectionem, non interpretationem sequor.

nidis obitum Cimon et collegae in memoriam rerum ad Strymonem prospere gestarum pilis inscripserunt: ἡγεμόνεσσι δὲ μισθὸν Ἀθηναῖοι τάδ' ἔδωκαν ἀντ' εὐεργεσίης καὶ μεγάλης ἀρετῆς μᾶλλον τις τάδ' ίδων καὶ ἐπεσσομένων ἐθελήσει ἀμφὶ περὶ ξυνοῖς πράγμασι δῆσιν ἔχειν. Quos titulos debebat Iunghahn, ut id quod posuit tueretur, pariter in fraudis suspicionem vocare.

Sed certis indiciis convici nullam esse quam Iunghahn scripsit legem: non novicius est hic pronominis *οὗτος* usus, poetae a principio haec solent variare: quod ὅδε multo frequentius legitur quam *οὗτος*, non est mirum: etenim *οὗτος* et quae inde declinata sunt trochaei vel spondei modum explent et gravitate numeros retardant; at *τόδε*, *τοῦδε* ceteraeque formae, cum duorum vel trium sint temporum, volubile ac rotundum reddunt orationis flumen. Comici poetae, qui communis vitae consuetudinem sequuntur, minus hoc curant. ac frequentant *οὗτος*.

Usus est pronomine *οὗτος* Anacreon ep. 102, quod suo loco a Junghahnii et Kaibelii criminationibus vindicavi, igitur Simonidem quoque illi aetate proximum non plane abhorruisse ab eo vocabulo verisimile est, quod in quattuor epigrammatis 98, 129, 134, 135 deprehendimus, quae omnia eo nomine Iunghahnio sunt suspecta,* ut obelo notare non dubitaverit. Ep. 98 quamquam antiquum elogium et ep. 129 novicium poematum segreganda censeo, sed aliis usus argumentis; contra ep. 134 et 135 propter *ταῦτ' ἀπὸ* et *ταῦτ' ἀνέθεν* haudquam Simonidi sunt abroganda.

3.

Iunghahn cum antiquis poetis pronomine *οὗτος* interdixisset, Simonidi cum alia epigrammata abiudicavit, tum 98 et 134 utrumque Corinthiis scriptum; assensus est Kaibel et pro virili parte inventum firmare et consummare studuit. Utuntur utroque epigrammate Plutarchus et Dio Chrysostomus Corinthiorum causam adversus Herodoti criminationes agentes. Iam cum et Plutarchi librum *περὶ καπονθείας Ἡροδότου* et Dionis *Κορινθιακὸν* critici evicerint *ψευδεπίγραφα* opuscula esse, fraudis suspicio adhaeret etiam his duobus epigrammatis, quae praeterea nusquam

*) Quintum his adiungit Iunghahn ep. 184, quod unus Schneidewinus tueri studuit, ego novicium carmen Leonidae attribui.

leguntur, nisi quod in Anthologiam recepta sunt, cuius nulla est auctoritas: sed eadem fraudis suspicio cedit etiam in reliqua epigrammata Corinthiis scripta, tam ea, quae istis pseudepigraphis libellis solis accepta referimus, quam quae alii praeterea testificantur, ep. 96, 97 (etiam Aristides eiusque schol. novit), ep. 137 (ex Chamaeleonte descriptum, nam quod Theopompus testificari videtur, errorem subesse credo,*) denique vel maxime suspecta sunt Atticum ἀδέσποτον (in quo ταῦτα deprehendimus) 135 et Naxiacum 136, utrumque enim legitur in libello de malignitate Herodoti, quamquam ep. 135 etiam Plutarchus in vita Themistoclis testificatur. Culpandus autem in primis is, qui Plutarchi personam gerit, nam inde haec carmina petiit, qui Corinthiacam scripsit orationem. Contendunt autem non solum omnia haec carmina falso Simonidi adscripta, sed omnino artis expertia et novicia esse, sed ad quod saeculum referenda sint, noluerunt aperire. Si, quod illi censem, auctor ep. 134 revera scripsit ὅπλ' ἀνέθεντο Λάτοι, quod vitium vix Byzantino magistello est condonandum, et epigrammata et pseudepigraphi isti libelli indigni omnino sunt, qui Graecarum litterarum monumentis adscribantur.

Scilicet multi, si qui liber criticis visus est falso inscriptus esse, tanquam subditicum et manifestae fraudis convictum omnino eximendum numero censem. Pythagoreum, qui Timaei personam induens de anima mundi libellum concinnavit, iure doli mali insimulaveris; sed multa sunt pseudepigrapha scripta a fraudis suspicione omnino aliena: libellus de republica Atheniensium, qui perperam Xenophontis nomine fertur, si quis alias antiquus et germanus est, item libellus praeclarissimus περὶ ὕψους, qui Longino, vel περὶ σχημάτων, qui Herodiano grammatico vulgo adscribitur, aliisque multi. In hunc numerum etiam isti libelli referendi sunt, siquidem opusculum περὶ πανογθείας Ἡροδότον Plutarcho est abiudicandum, quod haudquaquam est exploratum: nam quamquam acrimonia, qua Herodoti invidia et malevolentia castigatur, passim malitiae haud expers est, id quod a moribus et ingenio Plutarchi alienum esse videtur, non tamen propterea ausim librum Chaeronensi abiudicare: nam cetera indica, quibus quis fortasse utatur, minus etiam reprobando opusculo sufficiunt, de quo satis iniquum iudicium tulit Iunghahn, decla-

*) Ep. 112 item Corinthiacum, quod una Anthologia propagavit, segregant, credo quod a rebus Medicis alienum.

matoris, non historici esse confidenter pronuntians. Difficillimum est, eum, qui adversarii partes suscepit, iudicii aequitatem per omnia servare, sed neque eruditionem neque fidem desiderabit, qui circumspecto iudicio examinaverit libellum. Neque malae fraudis suspicio cadit in Corinthiacam orationem, quam Emperius suo iure negavit Dionis esse, sed quod Favorino attribuit, mibi quidem non persuasit. Neque alter alterius libro usus est; quod dictitant personatum Dionem epigrammata ex Plutarchi libello petiisse, nego ac pernego: obstat huic opinioni non solum insignis scripturae varietas, quam passim deprehendimus, sed etiam id quod sophista Simonidi attribuit carmina, quae sine poetae nomine adhibuit Plutarchus.*). Usus est uterque editione Simonideorum carminum; quod si aliena epigrammata in hanc recepta fuerunt, malae fraudis neque eos, qui primi hanc syllogen considerunt, nedum eos insimulabimus, qui his auctoribus confisi subditicia pariter atque germana testimonii loco proferunt.

4.

Simonidi attribuuntur tria elogia pilis olim inscripta prope Thermopylas in memoriam Peloponnesiorum, Spartanorum, Megistiae vatis (Simon. ep. 91, 92, 94), neque quisquam criticorum ausus est poetam de possessione deiicere: solus Kaibel confidenter derogat Simonidi ep. 91 et 92, incertae admodum auctoritatis ep. 94 esse contendit, auctore usus Herodoto, qui gravissimus est testis; nam ceteri novicii sunt. Herodotus ubi tria elogia adscripsit, haec addit: ἐπιγράμμασι μέν τνν καὶ στήλησι ἔξω ή τὸ τοῦ μάντιος ἐπίγραμμα Ἀμφικτύονές εἰσὶ σφεας οἱ ἐπικοσμήσαντες, τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστίεω Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπεος ἐστι κατὰ ξεινίην οἱ ἐπιγράψας. Unde Kaibel conficit, ignorari, quo iure ep. 94 Simonidi attribuerit Herodotus, quandoquidem in monumentis poetarum nomina epigrammati non sint addita; illud certum esse et exploratum, historiarum scriptorem nihil accepisse de auctore ep. 91 et 92; itaque cum tria carmina eodem tempore monumentis incisa sint, et duorum elogiorum auctor iam Herodoti saeculo ignotus fuerit, consentaneum esse, non scripsisse Simonidem, cui tertium (94) tribuatur: nam quae

*) Fortasse quispiam comminiscatur, sophistam traditam scripturam suo periculo immutavisse et Simonidis nomen addidisse, ne Plutarchum expilasse coargui posset: per me licet hac interpretatione utantur, qui calumniatoris, non boni iudicis partes suscipiunt.

Herodotus indagare nequiverit, neque eos, qui post vixerint, investigare potuisse, nedum nobis licere: nullius igitur momenti esse si qui novicii auctores, velut Cicero vel Aristides, Simonidi haec vindicent. Sed fundamentum huius argumentationis subruendum est. Putat enim Kaibel Herodotum nescire nomen poetae, quod reticuerit. Historiarum scriptores et oratores saepenumero carminum, quae in publicis monumentis inscripta fuerunt, testimonio utuntur, sed nusquam poetarum nomina adiiciunt; nam carmen quis scripserit, nihil refert, titulus monumenti in medio positi satis superque habet auctoritatis. Itaque Herodoti silentium, quo tanquam fundamento Kaibelii disputatio nititur, nullius est momenti ad hanc quaestionem solvendam. Uno hoc loco praeter solitum poetae fit mentio, quoniam amici mortui memoriam pila ac titulo honoravit.*¹) Amphictyones, qui gentibus gloriosi certaminis participibus tituli honorem denegaverunt, si haud gravate Megistiae privato homini concederunt, gratificati sunt Simonidi, qui cum Amphictyonum rogatu publica monumenta versibus suis ornavisset impetravit, ut pietati erga defunctum amicum satisfacere sibi permitterent. Certum igitur exploratumque est Simonidem tria haec elogia condidisse.

5.

Deinde Kaibel speciem Simonidei epigrammatis delineavit, non Cei poetae carminibus adhibitis, quorum suspecta omnino est fides, sed titulis antiquis, qui lapidibus incisi etiam nunc extant. Ad hanc normam examinans quae Simonidis feruntur epigrammata facili negotio existimat germana a subdictionis segregari posse, neque mirum si denique eo devenit, ut tantum non omnia Simonidi abiudicaret: nam pauca admodum ad perpendiculum isti regulae respondent, velut epitaphium 118:

*¹) Herodotus Simonidem monumenti auctorem, non elogii scriptorem dicit, privati hominis monumentum, quod amicus defuncto excitavit, segregans a publicis gentium monumentis. Poetam vero, qui primus hoc poesis genus praeclarissime illustravit, quando amici tumulum epitaphio decorat, non aliena opera usum esse consentaneum est. Herodoti locum importuno librariorum additamente ἐπίγραμμα auctum esse non animadverterunt critici; τὸ τοῦ μάντιος est sepulcrum sive tumulus (*σῆμα*).

*Σῆμα Θεόγνιδος εἰμὶ Σινωπέος, ὃ μ' ἐπέθηκεν
Γλαῦκος ἔταιρείης ἀντὶ πολυχρονίου.*

vel donaticum 158:

Κρῆς Ἀλκων Διδύμον Φοίβῳ στέφος "Ισθμι" ἐλὼν πύξ.

Atque haec cum sint et exilia et in Anthologia, cuius vacillat auctoritas, tradita, Simonide principe poetarum vix digna videntur. Rursus si quod amplius est carmen ac nitore commendabile, suspicioni est obnoxium, quoniam abhorret a simplicitate, quam omnia antiqua epigrammata in lapidibus obvia prae se ferunt.

Quamvis *στηλοκόπαι* nostri plurima investigaverint poemata, tamen eorum, quae ad Simonidis saeculum vel ulteriora tempora sint referenda, exiguum est numerus: atque haec quidem fere omnia privatis, non publicis monumentis incisa non poeta, sed versificator unus de multis composuit: manifestum igitur secus iudicare, qui haec cum Simonideis poematis componat, velut Kaibelio omnia sunt suspecta, quae quorsum spectent nisi lemmate addito intelligi non possit. Atqui id ipsum indicio est, non esse novicia vel demonstrativi generis, sed olim inscripta monumento, in quo id quod desideramus extrinsecus fuit additum.

Antiquissimi tituli perbreves sunt neque numeris adstricti, donativa pariter atque epitaphia nihil fere nisi nomina exhibent: nec minus parci verborum fuerunt, qui primi fecerunt versus, velut

*Αἶνέα τόδε σῆμα
Τιμοκλῆς ἐπέθηκε*)*

vel

*Βάστα Κάρας Σάμιος
"Ηρη τήνδ' ἀνέθηκεν**)*

vel

Αυσέα ἐνθάδε σῆμα πατὴρ Σήμων ἐπέθηκεν.

*) Kaibel Epigr. Gr. 14 nescio quo errore captus dicit me in hexametrum Rossio auctore redegisse, qui Hist. litt. Gr. I 385 scripsi: „Auf einem Grabmale, ebenfalls bei Eleusis, finden sich zwei kurze logaoedische Reihen, die man vergeblich in einen Hexameter zu bringen versucht hat.“

**) Servavit Hesychius, ubi *Ηρη τήνδες θήρην ἀν.* legitur, manifestam interpolationem *τήνδες Ηρην* (unde mendosum *θήρην* provenit) segregavi.

qui tituli si a numero discesseris plane pedestris sermonis speciem prae se ferunt. Sed qui duobus versibus heroicis vel disticho vel denique binis distichis constant, iam copiam verborum ornatumque aliquem orationis admittunt. Verum etiam in his titulis, quamvis quo spectet monumentum plane enuntient nominibus additis, passim haec ipsa nomina extrinsecus repetita deprehendimus, velut disticho subiectum Ἀντιστάτης Ἀθηναῖος (Kaihel Ep. Gr. 22), tribus versibus praemissum Καλλίμαχος (ib. 23), item Διονύσιος litteris minio insignibus (ib. 35) vel (Ἐπι)στήμων τόδ' ἐπόει Ἰπποστράτου σῆμα (ib. 8).*) Etenim prisci moris tenaces pedestri titulo pariter atque versibus ornaverunt monumentum, id quod Romani quoque observaverunt, velut in Scipionum monumentis nomen defuncti miniatis litteris prisco more inscriptum est, subsequitur elogium numeris astrictum.**) Igitur non mirum accidit, si poeta parcus verborum praetermisit ea, quae pedester titulus adiectus indicabat, velut arguit epigramma Themistoclis monumento incisum, vid. Philochorum ap. Harpoer. (v. πρὸς τῇ πυλίδι Ἐρμῆς Ἀθηναῖων ἀρξαμένων τειχίζειν τὸν Πειραιᾶς οἱ δ' ἄρχοντες τοῦτον ἀναθέντες ἐπέγραψαν.

ἀρξάμενοι πρῶτοι τειχίζειν τόνδ' ἀνέθηκαν
βουλῆς καὶ δήμου δόγμασι πειθόμενοι.

integrum est epigramma, sed extrinsecus erat adscriptum Themistoclem et collegas una cum tribubus Mercurio hoc signum dedicavisse.***) Quidni idem licuisse Simonidi existimamus? nihil igitur causae est, cur huic poetae abrogemus epigrammata, quae olim indice aliquo instructa fuisse appareat, velut ep. 99 et 100, quae plana sunt et expedita, si in pila Αἰανδαμονίων vel Ἀθηναῖων supra scriptum fuit.†)

*) Etiam aliud epigramma (ib. 19) additamentum eiusmodi ostentat, sed tituli lectio nondum expedita.

**) Alia ratio est anaglyphorum, velut in vetere artis opere Tana grae reperto (Kaihel 484):

Ἀμφάλης ἔστας ἐπὶ Κιτύλῳ ηδ' ἐπὶ Δέρμνῃ.
Κιτύλος Δέρμνες

***) Cf. Harpoer. v. Ἐρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι. Praeterea etiam, quo anno signum dedicatum sit, verbis ἐπὶ Τβοιλίδον ἀρχοντος, videtur adnotatum fuisse, cf. Hesych. ἀγοραῖος Ἐρμῆς.

†) Etiam epitaphia Thermopylensia ep. 91 et 92, quamquam gen-

Elogia iam ante Simonidem poetae subinde familiaribus gratificati sunt, sed princeps Ceus poeta hoc carminum genus ita illustravit, ut legem quasi sanxisse videatur, quam qui post secuti sunt religiose servarent. Neque vero amicis tantum gratificatus est, sed etiam civitatibus, quae studiose eius operam expetebant, ut publica monumenta decoris versibus ornarent. Praecipue res a Graecis bello Medico praeclarare gestae uberrimam materiam poëtae suppeditabant: plurima tunc monumenta honoris ergo sunt excitata, quae posteris proderent memoriam eorum, qui pro communis patriae libertate gravissimum subierunt discrimen. Singularem hanc animorum elationem spirant etiam Simonidis elegia, qui quemadmodum optimus quisque Graecorum tunc animatus fuit, praeclaris versibus rerum magnitudini convenienter expressit. Haec elegia, quae rerum gestarum non interitura monumenta esse videbantur, poetae generosum animum atque ingenii ubertatem satis superque declarant. At Kaibel omnia epigrammata, quibus Simonidem publica monumenta in memoriam rerum Medicarum ornavisse traditum sit, sese eripuisse arbitratur. His detractis parvi erat moliminis reliqua poematia censoria nota adpungere. Itaque Kaibel confidenter edixit vanam esse opinionem pervagatam, Simonidem epigrammatis condendis praecipuam laudem consecutum esse, quem Byzantini demum magistelli epigrammatographis accensuerint (Mus. Rhen. 459). Sane Tzetzes Prol. Lycophr. p. 258 scripsit ἐπιγραμμάτογράφοι δὲ ποιηταὶ Σιμωνίδης ὁ παλαιός, οὐδὲ Ἡρόδοτος μέμνηται, qui respexit Herod. VII 228, ubi ep. 94 historiographus adscripsit. Suidas autem et Eudocia Hesychium descriptentes, cum Simonidis poemata recenserent, etiam ἐπιγράμματα memorant: iusto enim ordine in veteribus editionibus erant poemata digesta, singularis liber comprehendit epigrammata, hunc ἐπιγραμμάτων librum testificantur Apio, Trypho, Hephaestio, Herodianus, Stobaeus, vid. ep. 179, 159, 131, 166, 175, 176. Novit haec veterum grammaticorum testimonia Kaibel (M. Rh. 451), nihilominus putat Suidae tantum et Tzetzae auctoritate inter epigrammatum poetas esse relatum. Atqui plurimi scriptores inde ab Herodoto et Thucydide usque ad Aristidem, Pausaniam et Athenaeum, ut novicos auctores praetermittam, cum

tium nomina testantur, fortasse non carebant titulo, in quo scriptum erat Amphictyones hoc elegii honore Peloponnesios et Lacedaemonios decoravisse.

Simonideis versibus utuntur, ἐπίγραμμα vel ἐλεγεῖον dicunt, ut quaevis fere pagina adnotationis arguit. Simonidem nominatum appellant eius epigrammatis usi Herodotus et Aristoteles atque omnes deinceps. Theodoridas Mnasalcae aequalis poetae epigrammata sub examen vocans vitio illi vertit, quod presserit Simonidis vestigia potius, quam suapte natura valeat, vid. Anth. P. XIII 21:

*Mνασάλκεος τὶ σᾶμα τῷ Πλαταιέδᾳ
τῷ λεγγηπονῷ·
ἀ Μῶσα δ' αὐτῷ ταῖς Σιμωνίδᾳ σπάθας
ἥς ἀποσπάραγμα.*)*

Meleager Gadarensis, qui antiquorum epigrammatographorum carmina anthologio inseruit, praeter ceteros Simonidem adhibuit, in prologo, ubi honoris ergo mulieres Sappho, Anyte, Moero primo loco recensentur, continuo cum Melanippide Ceus poeta subsequitur:

καὶ νεὸν οἰνάνθης κλῆμα Σιμωνίδεω?

Denique manifestum est, tam eos poetas, qui proximis saeculis floruerunt, quam eos, qui post Alexandri Magni mortem hoc poesis genus illustraverunt, Anyten, Mnasalcam, Callimachum, alias saepenumero haec ipsa quae feruntur Simonidis nomine epigrammata imitatos esse.**) Adde huc, quod cum poetarum, qui ante Simonidem vel post usque ad Alexandrinorum saeculum scripsere epigrammata, tenues reliquiae, plerumque singula tantum poematia extent, unius Simonidis nomine nonaginta fere tradita sunt, ut ea praetermittam, quae manifesto errore huic sunt attributa. Planissime igitur appetat insignem maxime fuisse poetam,

*) Scripsi *σπάθας*, cod. Pal. *πλάθας*, vulgo, ex Salmasii ut videtur correctione, *πλάτας*. Theodoridas apte Simonidis artem in his poematis collocatam cum textoris opera componit.

**) Qui Simonidem de honore deiecit, certe debebat quaerere, quem in eius locum substitueret: nam Simonidis saeculo constat hoc genus poesis primum laeta cepisse incrementa: ab antiqua enim simplicitate, quam germanis Simonidis poematis vindicat Kaibel, plurimum abhorrent poetae, qui post Simonidis discessum in Siciliam Cimonis res gestas versibus decoraverunt, id quod arguunt tria epigrammata quae postquam Cimon cum collegis expeditione ad Strymonem Ol. 77, 3 prospere confecta Athenas rediit, honoris ergo pilis incisa sunt, item epigrammata in memoriam belli ad Eurymedontem gesti facta (vid. Simon. ep. 105 et 142), quae cum Simonideae artis haud sint expertia, huic poetae attributa esse non mirabimur.

qui ceteris fuerit exemplo, cuius plurima posteritati propagata sint epigrammata. Nihilo secius Kaibel, qui pleraque omnia Simonidi abiudicat, permulta novicia esse contendit, hac insinuata fraude tam veteres, quam nostros homines deceptos esse opinatur.

6.

Simonidis epigrammata cum alia apud alios legantur scriptores, de testium fide prudenter iudicandum est: incommodo autem accidit, ut antiquiores fere non indicent scriptores epigrammatum, sive quod talia minus curabant, sive quod tunc poetae nomen omnibus fuit notum. Itaque Simonidis nomen saepe novicii alicuius grammatici testimonio munitum, quamquam epigramma antiquum esse et fraudis suspicione vacare locupletes auctores evincant. Alia denique plane ἀνεπιλύσαφα tradita hoc demum saeculo critici Simonidi vindicare conati sunt conjecturis usi incertis; quis enim in conjectando ab omni errore sibi caveat? Apertum igitur est, quae quantaque dubitandi sit materia, sed qui nuper hue animum applicaverunt, difficillimae quaestionis molestiam mirum in modum auxerunt, quod etiam quae certa sunt in incertum revocant, omnia moliti, ut poetam Ceum de possessione plane deiiciant.

Ego Simonidi adscripsi praeeunte Schneidewino epigramma quadrigae in arce Athenarum subscriptum, (ep. 132), quod Herodotus aliquie poetae nomine non addito servaverunt: neque temere aut inconsiderate hoc proposui, sed motus auctoritate Aristidis, qui illud epigramma una cum aliis Simonideis adhibet. Hoc recte factum negat Kirchhoff, qui contendit, Aristidem potius adversari huic opinioni.*). Neque de hoc solo epigrammate agitur, sed de omnibus, quae eodem loco leguntur: nam iam alii haec quoque in suspicionem adduxerunt, confisi iis, quae Kirchhoff protulit.

Aristides in oratione XLIX, quae περὶ τοῦ παραρθέματος inscribitur, sex epigrammata adhibet, quibus laudes Atheniensium,

*) In Actis menstr. Ac. Berol. 1869 p. 411: „In den Sammlungen wird das Epigramm gewöhnlich dem Simonides zugeschrieben; fragt man, auf welche Autorität hin, so wird man auf die Stelle des Aristides verwiesen: sieht man bei diesem nach, so sieht man, dass die Worte desselben und der Zusammenhang, in dem sie stehen, nicht den geringsten Anhalt für eine solche Behauptung, wohl aber für das gerade Gegentheil bieten, wovon sich zu überzeugen ich getrost dem Leser überlassen kaun.“

Laconum, Corinthiorum celebrantur; ep. 132 ad bellum Atheniensium adversus Boeotos et Chalcidenses Ol. 68, reliqua ad bella Medica referuntur: nusquam autem rhetor poetam plane nominat, neque tamen dubitavi omnia Simonidi attribuere, vid. ep. 90. 104. 142. 132. 91. 97. Ex his tria 142, 91, 97 in Anthologia vel in schol. Aristid. Simonidis nomen prae se ferunt, ac Thermopylense quidem elogium (ep. 91) a suspicione satis defendit Herodotus, cuius verba si quis religiose interpretatur, a Simonide scriptum esse intelliget. Sed tria ἀνεπίγραφα sunt tradita, ep. 90 elogium Marathonium Lycurgus orator agnoscit, sed de auctore tacet, ep. 104 solus Aristides servavit, ep. 132 Herodotus aliique usurpant praetermissso poetae nomine.

Si propterea, quod tria epigrammata Simonidis esse aliunde constat, huic poetae totidem adespota vindicassem, levitatis crimen a me avertere non ausim: at omni animi intentione Aristidis libellum iterum ac saepius lectitavi, itaque rhetoris institutum perspexi, quod fugere solet eos, qui errantibus oculis libros percurrunt. Aristides ut se a vanitatis crimine defenderet, aliorum exemplo se tuetur, docens ab antiquissimis temporibus Graecorum esse ingeniorum φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ. Hoc epicorum carmina satis superque testari asserit, tum ad melicos poetas accedit, Sapphonis, Alemanis, Pindari versibus usus: iam Pindaro adiungit Simonidem (T. II p. 510), cui plurimum se tribuere dicit propter egregiam viri modestiam (*σωφροσύνην*), sed hunc quoque magnifice de se sensisse; exempli gratia rhetor subiecit ep. 146, in quo Simonides memoriae vim, qua praeter ceteros excelluit, praedicat: sed expectationem nostram, fore ut rhetor ex Simonidis carminibus alia iactationis documenta proferat, frustratur, nam docet etiam victores in ludicris certaminibus, quorum encomia Simonides et Pindarus scripserint, laudis studio ductos esse, ac postquam haec paucis perstrinxit, ostendit civitates quoque rerum a civibus suis gestarum monumentis gloriosos addere titulos: τί δέ σοι βούλεται τὸ παράγραμμα Ἀθηναῖοι ἀπὸ Θηβαίων ἢ Περσῶν, ἢ Λακεδαιμόνιοι ἀπὸ τῶν δείνων; ἢ ὅτι δή ποτ' ἀν ἢ τούπιγραμμα, ἔξαλειπτέον;*) ἂρα σοὶ καὶ τὰ τοιάδε δόξει ἀλαζονεία τις εἶναι. Ἐλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι πτλ. ac deinceps sex epigrammata singillatim percenset, ut id quod posuerat confirmaret. Nivissimum locum obtinet elogium Corinthiorum (ep. 97), cui rhetor

*) Ita haec scribenda, vulgo legitur ἀπὸ τῶν δείνων, ἢ ὅτι δήποτε
ἄν, ἢ τούπιγραμμα ἔξαλειπτέον.

haec subiecit: ὥστε ὥρα σοι σωπτειν αὐτοὺς ὡς ἀδολέσχας τιὰς νεκροὺς καὶ οὐκ εἰδότας ἡσυχίαν ἄγειν· κατά σε ἀνήρ τις Σιμωνίδειος ἀμείψεται· ὥνθρωπε, κεῖσαι ζῶν ἔτι μᾶλλον τῶν ὑπὸ γῆς ἐκείνων (Simon. fr. 60). φέρε δὴ καὶ ταῦτα ἔξετασον· ἀ Μοῖσα γὰρ . . . θεριζομένα (Simon. fr. 96). ταῦτ' οὐ δοκεῖ σοι σωφῶς δὲ ποιητὴς ἁντὸν ἐπαινῶν λέγειν ὡς γόνιμον καὶ πόριμον εἰς τὰ μέλη; τί δὲ ἐπειδὰν λέγῃ· μή μοι καταπάνετε . . . αὐλός (Simon. fr. 46). Itaque adversarium facete redarguens adhibet versum Simonideum ex melico carmine fr. 60,*) et tandem reversus ad propositum, a quo declinaverat, docet ipsum quoque poetam ingenue laudes suas testificatum esse.**) Iam Simonide et melicis poetis absolutis transit rhetor ad historiarum scriptores.

In aperto igitur est, disputationem de titulis, in quibus Graecae civitates sempiternam rerum gestarum gloriam magnifice extulerunt, parec basin esse, sed ut par est non alienam a proposito. Simonidi sui fiduciam non defuisse in principio et in fine capit is rhetor comprobavit: iam quemadmodum supra, ubi de epicis poetis verba fecit, ostendit heroes in carminibus Homericis multa gloria tos esse, ita hic docet Athenienses, Laconas, Corinthios in carminibus Simonideis suas virtutes eximie praedicavisse: Simonideis per omnia elogiis utitur rhetor: quid enim perversius, quam aliorum poetarum carmina adhibere, aut aliena Simonideis inter serere? Itaque omnia haec epigrammata res bellis Medicis vel paulo ante gestas illustrant; nam si Aristides dedita opera de laudis studio, quo omnes omnino civitates ducuntur, disputaturus erat, exempla diversarum aetatium proposuisset; nunc quoniam de Simonide tam suarum quam alienarum laudum praecone dicit, ex huius poetae carminibus documenta erant petenda. Rhetor dum librum, qui Simonidis epigrammata continebat, evolvit, statim in poematum, quod poeta octoginta annos natus scripserat, incidit; iam cum pergit explicare volumen, animum advertit ad elogia publicis monumentis destinata, eaque res eum permovit, ut paulisper a proposito digrederetur. Itaque omnia epigrammata, quae Aristides adhibuit, in editionibus carminum Simonideorum, quas Alexandrini critici adornaverunt***), olim legebantur, neque amplius par est,

*) Nisi forte haec quoque verba ex epigrammate repetita sunt.

**) Fr. 46. Simonidem dici manifestum est, neque unquam quisquam hic haesitavit.

***) Videntur veteres grammatici epigrammata ita disposuisse, ut ea,

derogare his nomen Simonidis, quoniam Aristides reticuit, qui eruditis hominibus hunc libellum destinaverat: nam putidiusculum fuisse, singulis elogiis more grammaticorum Simonidis nomen praemittere: etiam tunc ea omnibus satis erant nota, et si qui forte minus memoria tenebat, facile tamen rhetoris institutum perspexit.

7.

At quo iure singula epigrammata ab iis, qui primi Simonidis carmina collegerunt vel postea additamentis amplificarunt, huic poetae sint attributa, in quaestione versatur. Velut poematia 105 et 142, quae Cimonis res ad Eurymedontem gestas spectant, critici fere abrogaverunt Simonidi, quoniam existimant poeta iam defuncto has laudes Cimoni partas esse. Evidem quaestionem hanc maxime impeditam expedire conatus rettuli has res a Cimone gestas ad Ol. 77, 4 extr. sive Ol. 78, 1 in. (vide, quae exposui ad ep. 142, neque poenitet eorum, quae olim scripsi), itaque olim existimavi Simonidem, qui Ol. 78, 1 extremo diem supremum obiit, has victorias praeconio suo ornare potuisse; nunc mihi secus videtur. Simonides enim Syracusis defunctus et sepultus est, ut testantur reliquiae epigrammatis Callimachei fr. 71. Fieri sane potest, ut Ceus poeta Hieronis hospitio per complures annos usus redierit Athenas ac deinde rursus Syracusas domicilium contulerit, sed si ponimus poetam Ol. 78, 1 Atheris commoratum haec epigrammata condidisse, iter Siciliense et poetae obitum minimo temporis momento direpta fuisse statuamus necesse est, quod parum est probabile: neque poetam Syracusis commorantem in Atheniensium gratiam haec poematia fecisse verisimile. Itaque iam haec epigrammata Simonidi abiudico quae alius quis poeta aequalis, Melanthius opinor vel Archelaus vel Ion denique Chius, quibus Cimonem familiariter usum esse constat, condidit: sed cum Simonides potissimum publica monumenta bellorum Medicorum memoriae dedicata versibus decoravisset, non est mirum, si haud ita multo post tituli eiusdem saeculi, sed a Simonide alieni, huic poetae attributi sunt, quos qui primus collegit Simonidis poemata, tralaticiam famam secutus, non dubitavit in ordinem recipere*). Haec igitur duo epigrammata et si quae alia

quae ad ipsum poetam attinebant, praemitterent: sequebantur elogia civitatibus ordinatis quemadmodum in tripode Delphico et in monumento Olympiae earum nomina incisa erant, quem ordinem etiam Aristides secutus est.

*) Non tamen temere abutendum est hac observatione ad auctori-

certis indiciis falso Simonidi attributa esse mihi visus sum perspicere, obelo in margine addito insignivi, neque vero adpunxi, quidquid dubitationi obnoxium; nam paradosis saepenumero incerta admodum. Veteres rerum gestarum scriptores cum adhibent epigrammata publicis monumentis inscripta, poetae nomen reticent: qui post seuti sunt, pendent ex auctoritate eorum, qui primi Simonidis epigrammata undique conquisita et collecta ediderunt. Eorum autem carminum, quae privatis monumentis addita fuerunt, paradosin multo magis incertam esse apparet. Itaque si haec editio epigrammatum ad nos propagata esset, criticis non deisset addubitandi copia: nunc, cum illam syllogen nobis aetas inviderit atque necesse sit reliquias epigrammatum denuo undique conquirere, multo iniquiore conditione utimur: nam qui propagaverunt haec epigrammata, poetae nomen saepe reticent, aut si addunt, auctores parum locupletes sunt. Velut Anthologiae Palatinae, quae plurima Simonidis epigrammata suppeditat, in poetarum nominibus tradendis quam incerta sit fides, satis superque constat. Sed quo magis huius instrumenti auctoritas vacillat, eo maior cautio est adhibenda, ut ne fundamenta penitus subducantur. Sane nomina poetarum epigrammatis in Anthologia adscripta multis ac variis obnoxia fuerunt erroribus, quos deprehendere plerumque proclive, expedire difficillimum. Procul autem habenda suspicio plurima nomina temere ac pro arbitrio esse addita: sane passim adespoton poematum suo arbitrio vindicaverunt huic vel illi poetae, sed probabilem fere capientes coniecturam; sed plerumque vetere aliquo exemplo usi nomina in suum locum restituerunt. Nam in antiquis anthologiis carminibus adespotis nullus erat locus: qui postea epigrammatum eclogas condiderunt, hoc minus curaverunt, quo accessit librariorum socordia, qui saepe nomina adscripta neglexe-

tatem principis editionis Simonideorum epigrammatum convellendam: velut ep. 132 quod supra p. 445 docui receptum fuisse in hanc syllogen, omnis veritatis notas prae se fert; nihilominus Kirchhoff ausus est Simonidi abiudicare, argumentis usus levissimis, ut suo loco exposui. — Epigr. 163 receptum fuisse in editiones testatur Aristophanes Byzantius, qui Simonidi attribuit: Aristoteles tanquam adespoton adhuc ita, ut appareat ignorasse philosophum Simonidis esse poematum. Locupletissimus auctor Aristoteles, praesertim cum Ολυμπιονικῶν indices considerit, in quo opusculo condendo etiam eiusmodi titulos non neglexisse videtur, non tamen propterea Simonidi epigramma illud derogandum: nam etiam principum virorum scripta aliorum studiis emendantur et augmentur, poteratque carminis auctor, quem ignoravit Aristoteles, postea indagari. A rebus incertis iudicium cohibere decet; nam particula tantum carminis servata est, ut vel nomen victoris nos lateat.

runt. Optime igitur meritus corrector codicis Palatini, qui multis locis Simonidis nomen adiecit, neque enim Finslero assentendum, qui in libro bonae frugi de Anth. Gr. p. 136 his additamentis fidem abrogat, cum antea de correctoris fide et industria incorruptum tulisset iudicium*). Sed haec quae iam in praef. ad Pindarum p. VII attigi, non licet hic pluribus persequi.

Quidem operam dedi, ut cautio magis quam audacia mea in reprehensionem incurrat; quam incerta sit multorum epigrammatum auctoritas, non dissimulavi, atque etiam in iis, quorum fides minus vacillat, largior inesse quae criticos suspiciosos reddant; ubi momenta in utramque partem nutant, nolui legentium iudicia occupare. Sed de his quantum satis dictum in adnotacione. Dialectum denique epigrammatum non magis quam antea ausus sum ad aequabilem legem conformare.

ΕΠΙΚΗΔΕΙΑ.

89. [148.]

*Σίρφωνος ἐδυήθημεν ὑπὸ πτυχί, σῆμα δ' ἐφ' ἡμῖν
ἔγγυθεν Εὐρίπου δημοσίᾳ πέχυται;*

1148

*οὐκ ἀδίκως· ἔρατὴν γὰρ ἀπωλέσαμεν νεότητα
τρηχεῖαν πολέμου δεξάμενοι νεφέλην.*

Epigr. 89. Anth. Plan. 26: *Σιμωνίδον*. Recte Schneidewin arbitratur epitaphium esse Atheniensium, qui in bello adversus Chalcidenses gesto circa Ol. 68, 3 ceciderant; ad res. ea tempestate gestas etiam alia Simonidis epigrammata 108 et 132 pertinent. — V. 3. *οὐκ ἀδίκως* similiter in recentiore Attico epigr. (Kaibel 381) est adhibitum: *ἔγιοις σ' Ἑλλὰς πᾶσα ποθεῖ θ' ἵεροις ἐν ἀγῶσιν, Εὐθία, οὐκ ἀδίκως· οἱ τέχνη, οὐχὶ φύσει ἐν βιτρονοστεφάνῳ καμῷδιᾳ ἡδυγέλωτι δεύτερος ὥν τάξει, πρῶτος ἔφη* (non opus correctione ἔφυσ) *σοφίᾳ.* Nisi forte Simonides *οὐκ ἀτικῶς* scripsit, cf. Hom. Il. X 335 *οὐ μὲν κύνες ηδὸν οἰωνοὶ ἐλιήσοντος ἀτικῶς*, ubi mirari licet Antimachi insciam *κακῶς* corrigentis, quandoquidem ionica hac forma etiam tragicis et Plato comicis usi sunt, nisi quod vocales coaluerunt. Etiam ap. Soph. El. 102 *ατικῶς* et *ἀδίκως* confusa. — V. 4. *τρηχεῖαν* Schneidewin, vulgo *τρηχεῖην*, quemadmodum librarii saepius peccant in antiquis scriptoribus,

*) Correctoris fidem et iudicium satis illustrat, ut uno defungar exemplo, VII 405, ubi Hippoactis epitaphium in cod. Pal. quemadmodum apud Planudem est *ἀδέσποτον*. Corrector in margine ext. *Φιλίππου*, in m. int. *Μιμνέων* οἱ δὲ *Φιλίππου* adscripsit; ut Finslero videtur, utrumque nomen coniecturae indulgens instauravit; at repetit ille in m. int. parepigraphen veteris exempli, sobrio autem iudicio usus in-

90. [149.]

*'Ελλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι
χρυσοφόρων Μήδων ἐστόρεσαν δύναμιν.*

itaque non dubitavi apud Simon. Amorg. 31 B traditum *παχέλην* corrigere. Item suspectum de vitio Anth. Pal. VII 315 τρηχείην praeter necessitatem admissum in epigrammate incertae auctoritatis. Sed novicii poetae has formas non repudiant, ubi metrum productam syllabam desiderat, vid. Meineke Del. Ep. p. 200.

Epigr. 90. Lycurg. Leocr. 109: *Τογαροῦν ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τοῦ βλον* (corrigunt *ἡρίοις*) *μαρτύρια ἔστιν ἵδεν τῆς ἀρετῆς αὐτῶν ἀναγεγομμένα ἀληθῆ πρὸς ἀπαντας τοὺς Ἐλληνας, ἐκείνους μὲν, ὃς ξεῖνος ἄγγειλον οὐτοι. (ep. 92), τοῖς δὲ ὑμετέροις προγόνοις Ἐλλήνων προμαχοῦντες οὐτοι. Simonidis esse epigramma testatur Aristid. II 511, qui una cum aliis huius poetae epigrammati affert, ubi v. 2 sic scriptus: *ἔκτειναν Μήδων ἐννέα μυριάδας*. Adde Schol. Aristid. 289 ed. Frommel, ubi εἶνοι μνη. extat. Hoc distichon pilae in campo Marathonio fuit inscriptum, neque quidquam desiderabis, nam nomina occisorum solemni more addita erant. Pausan. I 32, 3: *τάφος δὲ ἐν τῷ πεδίῳ Ἀθηναῖων ἔστιν, ἐπὶ δὲ αὐτῷ στήλαι τὰ ὄνοματα τῶν ἀποθανόντων κατὰ φυλὰς ἐκάστων ἔχονται*. Sed offendit insignis scripturae varietas v. 2: neque Lycurgus coram iudicibus epitaphium Marathonium recitans insimulandus erroris, neque Aristides, qui libellum περὶ παραφθέγματος scribens volumen Simonidis carmina continens adhibuit: itaque existimo in duobus elogiis v. 1 iteratum esse: carmen quod Lycurgus recitavit, haud dubie ad tumulum Marathonium spectat, epigramma, quo Aristides utitur, donario inscriptum fuisse videtur, cuius carminis particulam tantum adscripsit rhetor, velut ep. 104 et 132 breviavit. Coniecturam si periclitari licet, Panis signo (cf. ep. 133) subscriptum fuerit in hunc fere modum:*

*Τὸν τραγόπονν ἔμε Πᾶνα, τὸν Ἀριάδα, τὸν κατὰ Μήδων,
στῆσεν Μικτιάδης τῇδ', ὅτ' ἔλευθερίᾳ
'Ελλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι
ἔκτειναν Μήδων ἐννέα μυριάδας.*

Quamvis Aristides diversum carmen adhibuerit, vel sic eius testimonio confisi ep. 90 vindicamus Simonidi, nam ipsi tantum licuit Simonidi versum iterare in publico monumento. Sed praeterea v. 2 ap. Arist. de vitio suspectus; nam quamvis soliti sint Graeci res bellis Medicis gestas altius exaggerare, inauditum est, nonaginta milia Persarum in proelio Marathonio occisa esse, quasi universus fere exercitus hac strage peremptus fuerit. Herodotus, quem constat saepe

scripsit *Φιλίππον*, nam poematum plane prae se fert peculiare orationis filum, quo utitur Philippus, ut haud cunctanter equidem huic poetae vindicaverim, etiam si nomen non esset traditum. Mimnermi nomen tam alienum, ut ne insignis quidem stupor aut temeritas coniectando hoc facinus admittere potuerit; error haud dubie inde ortus, quod Mimnermi aliquod poematum interceptum est, quod detrimentum saepenumero eiusmodi peperit errores. Sane Mimnermus nulla scripsit epigrammata, sed etiam infra IX 50 elegiographi versus leguntur. Et hoc quidem capite, quod epitaphia complectitur, poterat haud incommodo Mimnermi fr. 5, quod Diogenes Laertius suppeditat, in ordinem recipi.

91. [150.]

*Μυριάσιν ποτὲ τῆδε τριακοσίαις ἐμάχοντο
ἐκ Πελοποννάσου χιλιάδες τέτορες.*

amplificandis rebus gestis induluisse, VI 117 sex tantum millia et quadringentos cecidisse auctor est. Vaniloquentia ista indigna Atheniensibus removetur, si poeta non numerum occisorum hostium, sed copiarum indicavit, itaque emendaverim *ἔκλιναν**) cum *ἔκλινων* esset scriptum, inde proclivi errore *ἔκτειναν* ortum. Maluit autem Aristides hoc carmine quam Marathonio elogio uti, quoniam virtus Atheniensium magnificentius illustratur grandi numero adversariorum indicato. — Longe aliter difficultatem expedire conatus est Goettling (in scriptione acad. Ienae 1859), qui epigramma hoc subscriptum fuisse putat pictae tabulae in portico, quae *Ποιηὴ* vocitata est: suspicatur autem Simonidem certavisse cum Aeschylo, atque eo refert scripturae diversitatem, Simonidem scripsisse *ἔκτειναν Μήδων* οννέα μυριάδας, Aeschylum *χονσορόων Μήδων* ἐστόρεσαν δύναμιν.

Epigr. 91. Herod. VII 228: Θαφθεῖσι δέ σφι αὐτοῦ ταύτῃ τῇπερ ἔπεσον, καὶ τοῖσι πρότερον τελευτήσαισι ἢ τὸν ὑπὸ Λεωνίδεω ἀποπεμφθέντας οἰχεσθαι, ἐπιγέγραπται γράμματα λέγοντα τὰδε. *Μυριάσιν* πτλ. Anth. Pal. VII 248: Corr. Σιμωνίδον. Ο εἰς τὸν μετὰ Λεωνίδην μαχεσαμένους πρὸς Ηέρσας: Corr. ἐν Θερμοπύλαις (sed haec duo verba potius ad seq. epigr. pertinere videntur). Affert etiam Aristides II 512 cum aliis Simonidis elogiis et Diodor. Sic. XI 33. Suid. v. *Λεωνίδης* (sed om. ABV). Iriart. 91, ubi *Alcaeο* tribuitur, sed 293 sine p. nom. affertur. De Kaibelii athetesibus, qui hoc et reliqua epigrama apud Herodotum Simonidi abrogat, dixi supra p. 437 sq. — V. 1. *τῆδε*, Schneidewin *τὰδε*. — *τριακοσίαις* Iriarte, *τριηκοσίαις* Herod. Anth., *τριηκοσίης* Arist., *διακοσίαις* Diod. — V. 2. *Πελοποννάσου* Anth. et ap. Her. SMPK, *Πελοποννήσου* rel. — *τέτταρες*, Arist. et ap. Diod. L *τέτταρες* (Κ *τέτταρες*). — Semper mihi offensioni fuit vaniloquentia minus etiam condonanda, quam ea, de qua supra dixi: nam quis animum inducat, nonaginta myriadas Persarum in angustis convallibus Thermopalarum cum Graecorum paucitate conflxisse? Sed corruptelae suspicio procul habenda esse videtur, quandoquidem omnes praeter Diodorum *τριακοσίαις* testantur; Siculus enim *διακοσίαις* exhibet, fortasse ex librarii correctione quae nullius est usus**). Sed quamvis Herodoti scripturam alii testes, qui non secuti sunt Halicarnassensem, confirmant, nihil minus hic mendum delitescere contendo, quod *μυριάσιν τριακόνταις* corrigens sustuleris: possis sane χιλιάσιν τριακοσίαις suspicari,

*) Conferas reliquias epigrammatis, quod Kirchhoff probabiliter ad proelium Marathonium retulit, perperam ille quidem signo *Minervae Προμάχον* subscriptum esse ratus (Kaibel 749), *ἀστν*, *βίᾳ Περσῶν κλίναμένων* . . . ita enim scribendum, nam quod Kirchhoff dedit *κλίναμενοι δύναμιν* a sermonis graeci proprietate abhorret. Fortasse hoc quoque poematum (duo ut videtur epigrammata sunt) Simonides composuit; sed exiles reliquias non licet redintegrare.

**) Diodorus non Herodotum descriptis, id quod ep. 92 arguit, sed Ephorum videtur secutus esse; idem exercitum, quem Xerxes in Thessaliā duxit, centum myriadum fuisse dicit XI 5 et 11, quod aperte pugnat cum hoc epitaphio, et cum dicit de quingentis Spartanis (totidem enim recenset) *οὐδὲ τῷ χιλιοστῷ μέρει τῶν πολεμίων ἵσοι τὸν ἀριθμόν*, vel iste numerus iusto auctior videtur.

92. [151.]

*Ωξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῆδε
κείμεθα, τοῖς νείνων δήμασι πειθόμενοι.*

passim enim *μόνοι* et *χάλιοι* permuntantur, sed multo efficacius myriades barbarorum cum chiliadibus Graecorum componuntur. Patrius casus numeralium passim apud poetas reperitur, quemadmodum *τριακόντων* Hesiodus, Callimachus, alii adhibent; et Chii quidem etiam in communi vitae consuetudine inclinationem retinuerunt, cf. Cauer delect. 133, ubi *τεσσερακόντων*, *ἐνενηκόντων* (quod Machoni ex conjectura olim restituit), *πεντηκόντων* δνῶν, δέκαν δνῶν legitur, unum ἔπτυ non inflectitur, quamquam Alcaeus *πέμπων* dixit. Dandi casum infrequentem esse non mirum accedit, sed Philodemus Anth. P. XI 41 dixit ἔπτὰ τριηκόντεσσιν ἐπέρχονται λυκάβαντες, poteramque ad eundem modum hic *τριηκόντεσσι μαζονται* scribere sed praeoptavi metaplasnum, velut Iones δνοῖσι pro δνσί, et τροιοῖσι pro τροισί dicunt (Hippon. fr. 51). Vulgi ore tritum fuit hoc epitaphium, itaque non mirum, si vel insolentia formae vel supra modum amplificandi studium germanam scripturam oblitteravit, inde corruptela etiam in libros scriptos propagata est: sed *τριηκόντοις* pilae titulum exhibuisse contendō; nam Amphyctyonas homines graves et poetam modestia praeter ceteros insignem non decet reos facere tanti tamque impudentis mendacii, quod vix glorio militi in scena condonaveris.

Epigr. 92. Herod. VII 228: *Ταῦτα μὲν δὴ τοῖσι πᾶσι ἐπιγέγονα-
ται τοῖσι δὲ Σπαρτιήτῃσι ἰδίην Ωξεῖν' οὐκ.* Simonidis esse testatur Cicero Tusc. I 42 et Anthol. Pal. VII 249 (corr. Σιμωνίδον). Afferunt praeterea Lycurg. Leocrat. 109. Diodor. XI 33. Strabo IX 429. Suidas v. Λεωνίδης. Arsen. 118. — V. 1. ὁ ἔπειν' ἀγγέλλειν Herod. codd. Suid. (ΛΒV ἄγγελε), ὁ ἔπειν ἄγγειλον Diod., ὁ ἔπειν ἄγγειλον Lyc. Anth. Ars. (om. ὁ), Herod. vett. edd., ὁ ἔπειν' ἀπάγγειλον Strabo, ap. Iriarte 91, ubi *Alcaeo* tribuitur, ἄγγειλον, sed 293 (ubi s. p. nom.) ἄγγέλλειν. — τῆδε, Schneidewin τῆδε. — V. 2. δήμασι πειθόμενοι, Lyc. Strabo Diod. Ars. πειθόμενοι νομίμοις idque Cicero repperit interpretatus:

Dic hospes Spartae, nos te hic vidisse iacentis,
Dum sanctis patriae legibus obsequimur.

et ante Ciceronem Phaennus Simonidem imitatus Anth. P. VII 437 in Leonidae elogio: ἀλλ' ἐπὶ Θεομοπύλαισι τὸ Περσιὸν ἔθνος ἀμύνων ἐδμάθης, πειρίων ἀδύνενος νόμιμα. Huic igitur scripturae, quam complures testantur, videri possit posthabenda esse lectio, quam unus Herodotus tuetur; in primis grave Strabonis testimonium, qui pilam et titulum etiam tunc integrum servatum esse refert: sed quamvis ipse quaedam oculis usurpaverit, poterat postea, cum Romae orbis terrarum situm describeret, tralaticiam carminis recensionem sequi. *Νόμιμα* sane Thucyd. I 132 de Pausania in ius vocato verba faciens scripsit, εἰ τι πον ἐξεδεδίητη τῶν καθεστώτων νομίμων, poteratque etiam Ceus poeta de Spartanis eo vocabulo uti, quamquam fortasse neutrum vocabulum a Simonide profectum. Falso δήμασι interpretantur δήμοις, cui vocabulo δόγμασι potius poeta substituisset, sed δήμοις omnino alienae a Leonidae elogio. Conieci τήνων νεύμασι, cf. Aeschyl. Suppl. 373 πρατίνεις μονοψήφοισι νεύμασιν σέθεν. Nescio quo errore Vischer (Erinner. aus Griechenl. 645) Hermannum castigat, quod hoc epitaphium Simonide indignum censuerit, qui in comm. de officio interpr. XII ingenuus professus est, nullum in his versibus esse verbum,

Τούσδε ποθεὶ φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μῆδων
μητρόπολις Λοκρῶν εὐθυνόμων Ὀπέις.

94. [152.]

*Μνῆμα τόδε κλεινοῦ Μεγιστία, ὅν ποτε Μῆδοι
Σπερχειὸν ποταμὸν πτεῖναν ἀμειψάμενοι,
μάντιος, ὃς τότε κῆρας ἐπερχομένας σάφα εἰδώς
οὐκ ἔτλη Σπάρτης ἡγεμόνας προλιπεῖν.*

— 95. [155.]

*Εὐκλέας αἷς κέκενθε, Λεωνίδα, οἵ μετὰ σεῖο
τῇδ' ἔθανον, Σπάρτης εὐδυχόδον βασιλεῦ,
πλείστων δὴ τόξων τε καὶ ὠκυπόδων σθένος ἵππων
Μηδείων τ' ἀνδρῶν δεξάμενοι πολέμῳ.*

quod non et necessarium et maxime proprium sit, ut propter hanc ipsam simplicitatem nihil hoc praeconio gravius fingi possit.

Epigr. 93. Strabo IX 425: Ὁ δ' Ὀποὺς ἔστι μητρόπολις (Λοκρῶν), παθάπερ καὶ τὸ ἐπίγραμμα δῆλοι τὸ ἐπὶ τῇ πρωτῃ τῶν πέντε στηλῶν τῶν περὶ Θερμοπύλας ἐπιγεγραμμένον προς τῷ πολυανδρίῳ. Τούσδε κτλ. Simonidi probabiliter tribuit Schneidewin; quamquam enim Herodotus non memorat, quia Locrensis Amphictyones hunc honorem non concederunt (vid. p. 428), tamen non ita multo post videntur impetravisse, ac verisimile est, eos Simonidem precibus adiisse, ut digno elogio suorum memoriam decoraret. — V. 1. ποθεὶ Meinekii correctionem dubitanter recepi, legebatur ποτε exordio carminis convenienter, cum verbum velut ποθεὶ novissimum locum fere occupet. Strabo fortasse non integrum adscripsit epigramma; altero disticho, quod subiectum fuit, poeta laudibus Locrensis fortitudinem extulerat. — V. 2. εὐθυνόμων Ὀπέις Coraes, εὐθυνόμων ὄποις A (θυνόμων ὄποις a m. sec. ut gh, in marg. κεύθει νομοπόεις), l κεύθει νομως ὄποις, BK κεύθει ὄποις, no Ald. κεύθει . . . ὄποντία, h a m. sec. κεύθει ὄμον ὄποις, Schneidewin κεύθει ὄλων Ὀπέις, Kramer κεύθει ὄμως Ὀπέις, Hecker κεύθάνει ὁδὸν Ὀπέις, quae ferri non possunt, nam non sunt in patria humati.

Epigr. 94. Herod. VII 228: Λακεδαιμονίοισι μὲν δὴ τοῦτο τῷ δὲ μάντι τόδε· Μνῆμα κτλ. Ἐπιγράμμασι μὲν ννν καὶ στήλησι, ἔξω ἢ τὸ τοῦ μάντιος ἐπίγραμμα, Ἀμφικτυόνες εἰσὶ σφεας οἱ ἐπικοσμήσαντες τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστέω Σιμωνίδης ὁ Λεωπόδεπεός ἔστι κατὰ ξεινίην ὁ ἐπιγράφας. Adde Anthol. VII 677: corr. in ras. ἐν τῆς ἴστορίᾳς Ἡροδότου. C εἰς τὸν τάφον μεγίστεως τοῦ μάντεως τοῦ ὑπὸ Περσῶν ἀναιρεθέντος. Simonidi tribuit etiam Iriart. 293. — V. 1. κλεινοῦ, ap. Her. VS et Iriar. κλειστοῦ. — Μεγιστία, Anth. Μεγιστίον.

Epigr. 95. Anth. Pal. VII 301: corr. τοῦ αὐτοῦ tum Σιμωνίδον expunctum; C εἰς τὸν μετὰ λεωνίδην τὸν σπαριάτην τε λευτήσαντας. — V. 1. εὐκλέας αἷς Planudes, εὐκλέας γαῖα cod. — V. 2. Σπάρτης cod., Σπάρτας Planud. — βασιλεὺς Planud., βασιλεῖς cod. — V. 4. τ' om. cod. Pal., insernit Brunck ex Planud., ubi est Μηδείων τ' ἀν-

δρῶν δ. πολέμων. — Hoc epigramma confidenter abiudicavi Simonidi, obulo in m. addito, neque aliter visum Schneidewino et Hartungo: dilucide Leonidae et Spartanorum laudes illustrat, et qui scripsit, finxit Leonidae tumulo additum esse (v. 2 *τῆς δ' ἔθαυον*), sed inde iam manifestum demonstrativi generis poematum esse, quod per errorem Simonidi est tributum; nam in Spartanorum tumulo fuit ep. 92. — Fortasse hoc epigramma, quod postea ut videtur est insertum Simonideis epigrammatis, non est integrum servatum: item in Anth. P. VII 252 *Ἀντιπάτρον* legitur epigramma *εἰς τοὺς αὐτοὺς* (i. e. *εἰς τοὺς μετὰ Λεωνίδου πεσόντας*), quo satis incommoda duo Simonidis epigrammata separantur:

*Οἶδ' Ἀΐδαν στέρξαντες ἐνύπνιον οὐχ ἄπερ ἄλλος
στάλαν, ἀλλ' ἀρετὰν ἀντ' ἀρετᾶς ἔλαχον.*

Lemma utique videtur huic disticho convenire, sed non integrum esse poematum apparet; itaque conieci hos duos Antipatri versus huic epigrammati subiiciendos esse: commodam enim clausulam epigramma recuperat, si *πλείστων δὴ . . . πολέμῳ* continuatur verbis *οἶδ' Ἀΐδαν . . . ἔλαχον*. Quod hoc epigramma communem sermonem, illud distichon Doricum prae se fert, haec varietas non obstat meae conjecturae. Quod Antipater negavit trecentos Spartanos nactos esse *στήλης* honorem, adversatur veritati, nam fuit in memoriam illorum pila cum elogio (Simon. ep. 92) in tumulo posita, sed demonstrativi carminis scriptores satis pro arbitrio argumenta variant.* Ceterum scriptor epigrammatis 95, quisquis fuit, Simonidei sermonis filum aemulatus est, quemadmodum cum aliis, tum Mnasalcas, velut arguit eius poemation Anth. P. VII 242, hinc Theodoridas Anth. XIII 21 eum *τὰς Σιμωνίδα πλάτας ἀποσπάραγμα* appellavit.

Epigrammata Corinthiorum laudibus destinata 96. 97. 98, quibus accedit 134, Simonidi abiudicant, qui nuper huius poetae epigrammatis operam navaverunt: nam pugnare videntur haec carmina cum iis, quae Herodotus memoriae prodidit, utuntur his poematis Dio Chrysostomus et Plutarchus, ille in oratione Corinthiaca, quam ab alio rhetore eiusdem aetatis scriptam esse certum est, alter in libello de Herodoti maledicentia, quem critici nonnulli Chaeronensi indignum censem. Haec igitur manifesta fraudis indicia videntur: Kaibel denique investigavit, orationis Corinthiacaem scriptorem ementitum esse Simonidis nomen, nam a Plutarcho, quem iste expilaverit, poetae nomen reticeri. At cum hac opinione pugnat lectionis diversitas, quam passim in his epigrammatis deprehendimus, quamque non licet ad librarios horum opusculorum referre. Epigrammata haec sunt haud dubie antiqua, sed ep. 98 cui anno sit adscribendum incertum, quoniam ignoramus, quando mortuus sit Adimantus. Etiam monumentum in Isthmo (ep. 97) potest compluribus annis post proelium Salaminium excitatum esse, nam cum Athenienses spargerent rumorem de ignavia Corinthiorum (Herod. IX 94) et cum Herodoteum opus editum Adimanto gravem ignominiam inussisset, consentaneum est, Corinthios his rumoribus obviam ivisse; et ep. 97 *πήματα . . . μνήματα* rhetoris artem prodere videtur. Sed ep. 96 statim post proelium conditum vel Herodotum agnoscere puto IX 94 οὐ μέντοι αὐτοὶ γε Κορίνθιοι ὅμολογέουσι, ἀλλ' ἐν πολάτοισι σφέας αὐτοὺς τῆς ναυμαχίης νομίζουσι γενέσθαι. Hoc igitur et ep. 134 cur Simonidi eripiamus nulla est causa.

*) In Antipatri v. 1 *Ἀΐδαν στέρξαντες ἐνύπνιον* vitio manifesto laborat, fort. *Ἀΐδα στέρξαντες ἐναύλιον* legendum. V. 2. *ἀρετὰν* significat honorem sive felicitatem.

96. [157.]

1151

Ω ξεῖν', εὖνδρον ποτ' ἐναιώμεν ἄστυ Κορίνθου,
νῦν δ' ἄμ' Αἴαντος νᾶσος ἔχει Σαλαμίς·
ἐνθάδε Φοινίσσας νῆας καὶ Πέρσας ἐλόντες
καὶ Μήδοντος ἵεραν Ἑλλάδα όνσάμεθα.

97. [158.]

Αιμᾶς ἐστακνίαν ἐπὶ ξυροῦ Ἑλλάδα πᾶσαν
ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς κείμεθα όνσάμενοι

Epigr. 96. Dio Chrys. Or. XXXVII 525: Ἐν Σαλαμῖνι δ' ἡρίστευσαν (οἱ Κορίνθιοι) καὶ τῆς νίκης αἰτίοι ποτέστησαν. Ήροδότῳ γὰρ οὐ προσέχω, ἀλλὰ τῷ τάφῳ ποτὲ τῷ Σιμωνίδῃ, ὃς ἐπιγραψεν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τῶν Κορινθίων τεθαμμένοις ἐν Σαλαμῖνι. Ω ξένε πτλ. Legitur omissio poetae nomine ap. Plutarch. de Herod. malign. c. 39. — V. 1. ὁ ξεῖν' Brunck, B a m. pr. ὁ ξεῖνε, reliqui ὁ ξένε. — εὖνδρον, Schneidewin εὐανδρον coni. — V. 2. νῦν δ' ἄμπ' Αἴαντος Valckenaer recte, nisi quod ἄμπ scribendum, Dio νῦν δὲ μετ' Αἴαντος, Plut. νῦν δὲ ἀνάμπτος. — ἔχει, M a pr. m. ἔχε. — V. 3. ἐνθάδε Plut., ὅεια δὲ Dio. — νῆας, ap. Dion. vulgo νᾶν, sed Br. νῆας. — V. 4. όνσάμεθα scripsi praeceunte Iacobso, ap. Plut. όνόμεθα, Dio ίδρωσάμεθα. Corinthios res a se in proelio Salaminio gestas magni fecisse ipse Herodotus testatur VIII 94: ἐν πρώτοισι σφέας αὐτοὺς τῆς ναυμαχίης γενέσθαι neque quisquam praeter Athenienses de his laudibus detrahere conatus est: μαρτυρεῖ δέ σφι καὶ ἡ ἀλλή Ἑλλάς. Itaque non offendit superba oratio, sed ὕεια, quod rem extenuat magis quam exaggerat, incommodum: hic mendum delitescere vel scripturae diversitas (ἐνθά) indicio est, quam recepi, sed malim πρώτα, si quis πρώτοι requirat, conferat Hom. Il. 297 al. In dextro cornu, unde primus impetus factus (Aesch. Pers. 399), propter Lacedaemonios Corinthiorum naves constitutae poterant hanc laudem sibi vindicare. Phoenissae naves sane Atheniensibus erant ex adverso, sed eo nomine hic universa hostium classis significatur. Πέρσας simul et Μήδοντος commemorari mirum esse censem Kaibel, immemor Herod. VIII 89 scripsisse ἀπὸ δὲ (ἐθανον) ἄλλοι πολλοὶ τε καὶ οὐνομαστοὶ Περσέων καὶ Μήδων: quamquam largior in huiusmodi poematio aliquid offensionis habere, itaque ipse conieci ἐνθ' ἄμα Φοινίσσας νῆας καὶ ναῦτας ἐλόντες καὶ Μήδοντος: cf. Herodian. II 16 τὸ ἀκτεινόμενον ἐπὶ πληθυντικῶν αἰτιατικῶν οἱ Δωρεῖς συστέλλονται, ναύτας, Σκύνθας (hoc ex Hesiodo petitum). Zenodotus Hom. Il. Θ 378 προφανείσας corripiendum existimavit, quod Herodianum probavisse mireris. Insolentiam correptionis Πέρσας iam olim notavi, Kaibel indocti poetae hanc esse licentiam non recte dicit. Poteris carmen abiudicare Simonidi neque vero in subditiciorum numerum referre. Atqui Simonides in carminibus, quae Doriensibus suppeditavit, potuit Dorici sermonis consuetudinem asciscere.

Epigr. 97. Plut. de Herod. malign. c. 29 affert v. 1 et 2: Τὸ δ' ἐν Ισθμῷ πενοτάριον ἐπιγραψὴν ἔχει ταύτην. Αιμᾶς πτλ. Eosdem versus 1. 2 exhibit Schol. Aristid. Panath. III 136 (s. p. n.) et Anthol. Pal. VII 250: corr. Σιμωνίδον, C εἰς τοὺς αὐτοὺς (i. e. in eos, qui ad Thermopylas ceciderunt, praecedit Simon. ep. 92). Integrum affert Aristid. II 512. Alcaeo trib. Iriarte 91. — V. 1. Αιμᾶς ἐστακνίαν, Arist. ἀκμῆς ἐστηκνίαν. — V. 2. αὐτῶν Sch. Arist., v. αὐτῶν. — V. 3.

δουλοσύνας· Πέρσαις δὲ περὶ φρεσὸν πήματα πάντα
ἥψαμεν, ἀργαλέης μνῆματα ναυμαχίας·
ἢ ὄστέα δ' ἄμιν ἔχει Σαλαμίς· πατοὺς δὲ Κόρινθος
ἀντ' εὐεργεσίης μνῆμ' ἐπέθηκε τόδε.

— 98. [160.]

1152

Οὗτος Ἀδειμάντου κείνου τάφος, οὗ διὰ βουλᾶς
Ἐλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο στέφανον.

δουλοσύνας, Θ δουλοσύνης. — V. 4. *ναυμαχίας, Θ ναυμαχίης.* Apparet librarios fere ubique ionicas formas substituisse; doricas qui volet revo- caverit, ego satis habui v. 5 ἄμιν scribere, ἄμιν Brunck, vulgo ἥμιν. — V. 3—6, quos solus servavit Aristides una cum aliis Simonidis car- minibus, quamvis huius epigrammatis auctorem non nominatim testatur, Schneidewin subditios censem, assentiente Hartungo, cui in primis paenultimum distichon displicet, sed περιάπτειν cum duplice dativo iunctum non est reprehendendum, usus est poeta figura quae dicitur καθ' ὅλον καὶ πατὰ μέρος, quemadmodum apud Homerum ἄλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θύμῳ: sed fortasse Aeschyleum vocabulum restituendum Πέρσαις δὲ περὶ φρεσοῖς i. e. superbris, ut simplex verbum ἀπτειν idem sit quod προσαπτειν sive περιαπτειν. Scholiasta Ari- stidis quod primum tantum distichon adhibuit, nullius est momenti: cum docere dicitur carmen, ὅτι δεῖ βαρβάρων παταφρονεῖν, suspicieris reliqua a librario omissa esse: sed ille ex Anthologia aliqua ad modum Palatinæ concinnata descripsit hoc distichon. Kaibel in primo disticho nihil investigavit, quod reprehendat, sed antiquitus in monumento inscriptum esse negat: huic disticho postea additos esse ab aliis v. 3—6 in Corinthiorum laudem, ab aliis encomium Atheniensium epigr. 106, velut a schol. Arist. III 136 (qui quidem huius culpae immunis, vide infra). In his versibus (3—6) cum alia vituperat, quae refellere operae non est pretium, tum μνῆμ' ἐπέθηκε, dicendum enim fuisse ἀνέθηκε, sed exemplis hoc firmare neglexit (nam Rossii supplementum Arch. Aufs. II 581 incertum). Sane σῆμα vel μνῆμα ἐπέθηκε dicitur vulgo de eo, qui in sepulti hominis tumulo monumentum erigit, at quemadmodum κενὸν μνῆμα, κενὸς τύμπος alia dici solent, ita etiam hic μνῆμα ἐπέ- θηκε non est addubitandum, ita Homerus χεῦ Ἀγαμέμνονι τύμπον, ἵν' ἀσθεστον πλέος εἴη Od. I 585, ubi de honoris simulacro poetam loqui non ex verbis, sed ex rerum necessitudine intelligas.

Epigr. 98. Plut. de Herodoti malign. c. 39: Αὐτός γε μὲν ὁ Ἀδει- μάντος, φ πλεῖστα λοιδορούμενος Ἡρόδοτος διατελεῖ καὶ λέγων, μοῦνον ἀπαίσθιν τῶν στρατηγῶν ὡς φενεζόμενον ἀπ' Ἀρτεμισίουν καὶ μὴ περι- μενούντα, σκόπει τίνα δόξαν τίχεν· Οὗτος ητλ. Simonidi epigramma attribuit praepter Anth. Pal. VII 347: C Εἰς Ἀδειμάντου τὸν ὑπατικόν· et infra C Σιμωνίδον τοῦ Κήρου (nisi forte hoc pertinet ad seq. epigr. VII 348) etiam Dio Chrysost. XXXVII 526: ἦστι δὲ καὶ ἐπερον ἐπί- γραμμα Σιμωνίδῃ εἰς αὐτὸν τὸν στρατηγὸν ἐξαίρετον· οὗτος ητλ. Lemma epigrammatis in Anth. εἰς Ἀδειμάντου τὸν ὑπατικόν vitium contraxisse videtur: praeedit 346 εἰς Σαβῖνον ἐν Κορίνθῳ, itaque corrigendum arbitror εἰς Σαβῖνον τὸν ὑπατικόν et εἰς Ἀδειμάντου ἐν Κορίνθῳ. Ipsa carmina nihil testificantur, sed passim in Anth. adscripta sunt lemmata antiqua, quae commode suppeditant id, quod poeta non in- dicavit. — V. 1. κείνου om. Plut. — οὐ διὰ βουλᾶς Anth. (P διὰ βου-

"Ασθεστον οὐλέος οἴδε φίλη περὶ πατρίδι τάντες

λᾶς) et ap. Dion. BMm (r. οὗ διαβολᾶς, v. οὗ διὰ βονλᾶς), ὅν διὰ πᾶσα Plut. — V. 2. ἐλευθερίας, cod. Pal. ἐλευθερίης. — Epigramma fortasse non integrum servatum, Plut. et Dio, cum Herodotum redarguunt, exordium carminis sufficere rati sunt. Si hoc epitaphium iure attribuitur Simonidi, scriptum est antequam poeta Syracusas discessit, ut Adimantus tribus fere annis post Salaminiam pugnam mortem obierit, sed longius vitam traxisse videtur Plut. testari: οὗτ' ἀν ἐπόλμησε τῶν θυγατέρων ὄνομα θέσθαι τῇ μὲν Νανσινίην, τῇ δ' Ἀκροθίνιον, τῇ δ' Αἰεξιβλαν. Αἱστέα δὲ καλέσαι τὸν νιόν, εἰ μή τις ἦν ἐπιφάνεια παλ λαμπρότης περὶ αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἔργων ἐνείνων. Fortasse non omnes liberi confecto demum Medico bello nati sunt, sed nomina certe Νανσινίην et Ἀκροθίνιον manifesto spectant res gestas, quarum particeps fuerat Adimantus*). Sed Simonidi epigramma abrogandum esse luculentiter arguit praeconium insigne, quo poeta prudens poterat Themistoclem decorare, non Adimantum. Sane fides deneganda iis, quae Herodotus de Adimanti ignavia refert, Atheniensium calumniis faciles praebens aures, sed recenti rerum memoria haud quisquam ausus esset hac vaniloquentia derogare Themistoclis meritis, qui omnium confessione consiliis suis universam Graeciam servaverat. Adimantus videtur Themistocle in exilium pulso vel defuncto diem supremum obiisse, itaque tunc Corinthii, ut Atheniensium criminaciones repellerent, non dubitaverunt insolenti hoc epitaphio Adimanti memoriam ornare. Qui primus Simonidis epigrammata collegit, cum cognovisset Simonidem res a Corinthis bello Medico gestas versibus illustravisse, etiam hoc poematum in ordinem recepit, itaque mirum non est, si scriptores, qui Herodoti fidem sub iudicium vocaverunt, tanquam Simonidis testimonio usi sint; equidem obelo notavi. — Imitatur hoc epigramma Aristoteles qui fertur in Peplo ep. 13: οὗτος Ὄδυσσῆς πείνον τάφος, ὅν διὰ πολλὰ Ἑλληνες πολέμων Τρωιῷ εὐτύχεσσαν.

Epigr. 99. Anth. Pal. VII 251: corr. CN :: Σιμωνίδον· C εἰς τὸν αὐτὸν μετὰ Λεωνίδου πεσόντας. Alcaeum tribuitur ap. Iriarte. — Lemmatis nulla est fides; praecedunt 248. 249 Simonidis elegia (ep. 91. 92) eorum, qui Thermopylis occiderunt, sequitur 250 (Sim. ep. 97), quod quoniam in antiquo anthologio lemmate carebat, temere librarius εἰς τὸν αὐτὸν praescripsit, nam alio spectat epigramma; idem lemma deinde ut solet propagatum ad proxima epigrammata 251 (Simon. ep. 98), 252 Antipatri, 253 (Simon. ep. 92). Et Antipatri quidem epigramma, quod quo spectet postea videbimus, male hoc loco insertum: divellit enim duo Simonidis epigrammata, quae arctissima necessitudine coniuncta esse appetet; item manifestum, non fuisse destinata Leonidae et trecentis Spartanis, neque vero proptera abiudicanda sunt Ceo poetae, id quod olim quamvis dubitanter posui praeceunte Schneidewino p. 152 et comprobante Hartungo. Carmina enim haudquaquam sunt experia artis Simonideae, ut Schneidewino visum. Equidem non dubito,

*) Junghahn adversatur Plutarcho, immemor etiam Themistoclem filiabus nomina Μηνηπτολέμαν et Νικομάχην indidisse, vid. Plut. Themist. c. 32; item nomina Ἰταλία et Σύβαρις quorsum spectent, aperit Themistoclis oratio ap. Herod. VIII 62. Adimanti filius Aristeus Ol. 87, 1 praefuit Corinthiorum copiis Potidaeae.

κυάνεον θανάτου ἀμφεβάλοντο νέφος·
οὐδὲ τεθνᾶσι θανόντες, ἐπεὶ σφ' ἀρετὴ παθύπερθεν
κυνδαινονοσ' ἀνάγει δώματος ἐξ Ἀΐδεω.

100. [153.]

1149

Eί τὸ καλῶς θνήσκειν ἀρετῆς μέρος ἔστι μέγιστον,

quoniam utrumque elogium revocandum sit ad memoriam eorum, qui apud Plataeas cum Medis manus conserentes mortem obierunt, alterum Lacedaemoniorum, Atheniensium alterum praeconio dedicatum; cf. Pausan. IX 2, 5 τοῖς μὲν οὖν λοιποῖς ἔστιν Ἐλλησι μνῆμα κοινόν, Λακεδαιμονίοις τε καὶ Ἀθηναίοις τοῖς πεσοῦσιν ἰδίᾳ τε εἰσὶν οἱ τάφοι, καὶ ἐλεγεῖά ἔστι Σιμωνίδον γε γραμμένα ἐπ' αὐτοῖς. Quod proelium non indicatur, non offendit in monumentis, quae eo ipso loco fuerunt sita, ubi pugna commissa, vid. ep. 91. 92. 93; desideramus sane nomina eorum, in quorum honorem carmina fuerunt condita; comparent nomina in titulis Thermopylensibus, contra in Plataeensibus praescripta fuisse consentaneum est. Poeta cum olim (ep. 91. 92. 93) singulis distichis absolvisset elogia, hic uberiore praeconio decoravit viros fortis, et quo expeditius sibi esset iter, nomina gentium segregavit, quae in fronte cipporum supra addita legebantur. Cum verendum esset, ne poeta, si alterutri genti palmam tribuisset, gravem sibi invidiam conflaret, Simonides aequa lance pensitavit laudes omnemque offensionem prudenter evitavit, quo fit, ut gentium nominibus detractis ambigamus, quibus unumquodque elogium destinatum fuerit. Fortasse aliquis existimet ep. 99 propter v. 1 ad Spartanos esse referendum, siquidem Λακωνικὸν ἐπικήδειον olim haud ignobile, quod Teles et Plutarchus exhibent (vid. p. 1189 ed. 3)

*Οἱ θανον οὐτὸ δῆν θέμενοι καλὸν οὕτε τὸ θνήσκειν,
ἀλλὰ τὸ ταῦτα καλῶς ἀμφότερος ἐπειλέσαι*

hac laude impertit Lacedaemonios, at obstat v. 3, nam Graeciae in libertatem vindicatae laudem Athenienses studiosissime expetebant, qui aegre tulissent, si poeta aemulis hoc decus attribuisset, contra Lacedaemonii haud gravate Atheniensibus eiusmodi praeconium concedere soliti erant. Iam si ep. 99 Atheniensibus iure vindicavimus, ep. 98 Lacedaemoniorum esse elogium in aperto est. — V. 1. οἴδε, P οἴδε, quemadmodum etiam in proximis saepius οἴδε, ἄδε exhibit, secundum veterum grammaticorum praecepta; cf. ad Theogn. v. 41. — V. 2. θανάτον, Ahrens θανάτοι, fortasse vere; in Attico titulo CIA I 465 ubi lapis ΟΔΟΙ exhibit, ambigas utrum ἔστησ' ἔγγυς ὁδοῖς ἀγαθον καὶ (σωφρονος ἀνδρός) αν ὁδῷ sit legendum, inscite nuper ὁδοῦ illatum. Friedemann ἀμφεβάλοντο νέφος κυάν. θαν., Schneidewin ὁνσάμενοι θανάτον δ' ἀμφ. νε. — P ἀμφ' ἐβάλοντο. — V. 3. παθύπερθεν, cod. P παθύπερθε.

Epigr. 100. Anthol. Pal. VII 253: corr. Σιμωνίδον. Σ εἰς τὸν αὐτούς. Schol. Aristid. III 154: ἐπίγραμμα εἰς τὸν ἐν Πύλαις ἀποθανότας, sed B Σιμωνίδον στίχοι, D Σιμωνίδης (Frommel p. 58 et 59, adde 357 Σιμωνίδης). Aristides in Panath. T. I 214 de Spartanis, qui Thermopylis occubuerunt: ἀπόλοντο ἐν τούτῳ κοσμήσαντες τὴν Ἑλλάδα τῷ καλῶς ἀποθανεῖν καὶ τοσοῦτον ἐπιδειξάμενοι μόνον. Hinc scholiasta adhibet Simonidis epigramma, quod in anthologio, quo usus est, haud dubie consimili lemmate instructum fuit. Alcaeo (Messenio) tribuitur ap. Iriarte, quoniam in Anth. P. VII 247 huius poetae epigramma Simonideis elogiis praemissum est. Reapse Simo-

ἡμῖν ἐν πάντων τοῦτ' ἀπένειμε τύχη·
Ἐλλάδι γὰρ σπεύδοντες ἐλευθερίην περιθεῖναι
κείμεθ' ἀγηράντῳ χρόμενοι εὐλογίη.

1150

101. [159.]

1151

Παῖδες Ἀθηναίων Περσῶν στρατὸν ἔξελάσαντες
ἥρωεσαν ἀργαλέην πατρίδι δουλοσύνην.

nidis versus inscripti fuerunt in cippo Atheniensium prope Plataeas, vid. adn. fr. 98. — V. 1. ἀρετῆς, Anth. cod. P ex corr. ἀρετᾶς. — V. 2. ἡμῖν ἐν πάντων τοῦτ' Anth. et BD ap. Schol. Ar., vulgo ἐν πάντων τοῦθ' ἡμῖν. — V. 3. σπεύδοντες, D Schol. σπεύσαντες. — ἐλευθερίην, cod. Pal. BD ἐλευθερίαν. — περιθεῖναι, cod. Pal. περὶ θεῖναι, B παραθεῖναι. — V. 4. ἀγηράντῳ Planud., ἀνηράτῳ Schol., ἀγηράτῳ Pal.

Epigr. 101. Schol. Aristid. T. III 155 postquam adscripsit ep. 100 pergit ἔτεροι τοῦ αὐτοῦ (D ἄλλα τοῦ αὐτοῦ Σιμωνίδον ubi ἄλλο ex Frommeli libris corrigendum), item 136 subiecit s. p. n. hos versus primo disticho ep. 97, ubi apparet ναὶ ἄλλο vel tale quid intercidisse, quemadmodum etiam 155 Paris. A ap. Fr. hoc additamentum neglexit; vana igitur Kaibelii opinio schol. duo carmina in unum coniuxisse, quae copulari nequeunt, ut vel diversitas manifesta νείμεθα et ἥρωεσαν arguit. (Frommeli libri p. 58. 59 Simonidis nomen testantur, 52 omittunt.) Legitur h. ep. etiam in Anthol. Pal. VII 257: corr. in ras. "Αδηλον εἰς τοὺς Ἀθηναίον προμάχονς. Non recte Schneidewin dicit haec inscripta fuisse in monumento Atheniensium ad Salamina occisorum, nam v. 1 pedestre, non navale proelium indicari videtur; itaque rettuli ad Athenienses, qui Plataeis occiderunt (atque id etiam Krüger Hist. Stud. I 71 coniecit) assensusque est Duncker Hist. Antiq. IV 847, atque etiam nunc tueor, quod olim proposui. Elogium Atheniensium in cippo prope Plataeas inscriptum cum supra (ep. 100) extet, consentaneum est hoc pilae in Ceramicō additum fuisse, quemadmodum bina epitaphia Corinthiorum (ep. 96. 97), item Tegeatarum (ep. 102. 103) extant. Sed non integrum servatum hoc epigramma, quemadmodum etiam ep. 97 detruncatum exhibit schol. Arist. et Anth. Pal., h. e. iidem, qui hoc ep. soli propagaverunt. Proelium enim, quo viri fortis occubuerunt, non decebat reticeri in Ceramicī monumento, ut testificantur antiqua elogia publica, quae supersunt, in quibus praeter Atheniensium nomen etiam proelium indicatur ἐπὶ Ἡιόνι Στρομόνος ἀμφὶ δοάς et Ποτειδαίας δ' ἀμφὶ πόλεις ἔδ(αμεν). Videtur autem exordium elogii interceptum esse; scriptum fortasse fuit: "Ανδρας μὲν πόλις ὥδε ποθεῖ ναὶ δῆμος Ἐρεχθίας Τούσδε· Πλαταιῶν δ' ἐν προμάχοις ἔθανον Παιδες Ἀθηναίων· Περσῶν οὐτέ, quemadmodum est in elogio Ol. 87, 1 condito ἀνδρας μὲν πόλις ὥδε ποθεῖ ναὶ δῆ πόδοσθε Ποτειδαίας οὐ θάνον ἐμπρό παιδες Ἀθηναίων· ψυχὰν δ', οὐτέ. Asyndeton, quamvis alias Simonides non admiserit, non est offensioni. — V. 1. ἔξελάσαντες scripsi, legebatur ἔξολέσαντες, quemadmodum est ep. 140, 3 de hoc ipsa pugna Plataensi Πέρσας ἔξελάσαντες, atque confirmat emendationem cod. Paris. A ap. Frommel 357, qui praeterea παιδες exhibet. — V. 2. δουλοσύνην Plan., δουλοσύναν c. Pal. (sec. m. δουλοσύνας correxit, sed deinde δουλοσύναν restituit), schol. Arist. utramque scripturam praebeant.

Τῶνδε δι' ἀνθρώπων ἀρετάν οὐχ ἴκετο καπνός
αἰθέρα δαιομένης εὑρυχόρον Τεγέας·
οἵ βούλοντο πόλιν μὲν ἐλευθερία τεθαλνῖαν
παισὶ λιπεῖν, αὐτὸλ δ' ἐν προμάχοισι θανεῖν.

Epigr. 102. Anth. Pal. VII 512: corr. τοῦ αὐτοῦ (*Σιμωνίδον*),
C εἰς τὸν Ἑλλῆνας τὸν τὴν τέγεαν ἐλευθεροποίησαντας. — V. 1. ἀν-
θρώπων insolenter dictum, antiqua corruptela delitescere videtur, fort.
ἀνορέαν ἀρετάν τ' vel ἡρώαν ἀρετάν, cf. Pind. Ol. XIII 51. Schmidt
ἀνορέαν τ' ἔρατήν coniecit. — V. 2. Τεγέας Schneidewin, vulgo Τεγέης.
— V. 4. θανεῖν, olim Schneidewinum secutus invitus πεσεῖν edidi.
Hoc epigramma sicut proximum (103) quorsum spectet incertum: lem-
mata Anthol. Pal. hic quoque fide indigna, nam appareat utrumque poe-
matium Tegeatarum praedicare virtutem, qui patriam urbem adversus
hostes fortiter defenderunt. O. Müller Dor. I, 188 refert ad bellum
Tegeatarum et Spartanorum, quod post Ol. 75, 2 sed ante Ol. 78, 4
gestum esse statuit; sed saepius Tegeatae et Spartani inimicitias agi-
taverunt: ut antiquiora bella praetermittam (vid. Herod. I 65), etiam
ante bellum Medici incendium Spartani infesti erant Tegeatis, vid. Herod.
IX 37. Accedit, quod haudquaquam certum est haec ad bellum cum
Spartanis gestum referenda esse, in primis epigr. 103 v. 4 cum hac
interpretatione non satis convenit. Facile appareat duo haec epigram-
mata eiusdem poetae esse et easdem res a Tegeatis gestas praedicare:
plane enim inter se conspirant; hoc inde repetendum, quod alterum
(103) sepulcro (ἄνθετόν τύμβος) fuit destinatum. alterum (102) inani sive
honorario tumulo inscriptum, qua necessitudine etiam ep. 96 et 97
coniuncta esse apparet. Iam si Tegeatae haud procul ab urbe se-
cundo Marte cum hostibus conflixerant, inani tumulo haud fuerit opus,
itaque bellum hoc extra fines gestum esse consentaneum est. Evidem
non dubito haec poemata ad res a Tegeatis bello Medico gestas re-
ferre, quos constat proelio ad Plataeas interfuisse et post proelium
seorsim suis tumulum exstruxisse, vid. Herod. IX 85 Τεγεῆται δὲ χωὶς
πάντας ἄλες (Ἴθαψαν), quibus potentibus Simonides utrumque elogium
gratificatus est, nam insignis nitor carminum huius poetae operam satis
superque testatur, quamvis Kaibel utrumque demonstrativi esse generis
existimet, poetam nihil praeter sententiarum acumina sectatum esse
professus. Sane ep. 102 bellum cum finitimi gestum videtur spectare,
sed ep. 103 arguit universae Graeciae salutem in discriben vocatam
fuisse; nam si recte v. 4 ἀποφθιμένη restitu, poeta dicit Tegeatas for-
titer pugnavisse pro urbe sua, ut communis patriae salutem tuerentur:
Graecia enim subacta se quoque hostilis dominationis haud fore ex-
pertes intellexerunt*) Insignem enim patriae amorem ea tempestate
Tegeatae probaverunt, qui et Spartanos tergiversantes perpulerunt, ut
Atheniensibus opem ferrent, et in primis auctores fuerunt, ut dissidia
Graecarum civitatum Medico tumultu ingruente componeretur: cf. He-
rod. IX 9. Plut. Themist. c. 6 et de Herod. malign. c. 41. Polyaen.
V 30. Poeta quod Tegeatas pro sua urbe, non pro Graecia propugna-

*) Ac fortasse in lemmate olim fuit scriptum εἰς τὸν Τεγέα-
τας τὸν τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροποίησαντας, quod immutavit librarii
procacis inscritia.

103. [166.]

1153

*Εὐθυμιάχων ἀνδρῶν μηνσώμεθα, τῶν ὕδε τύμβος,
οἵ θάνον εῦμηλον όνομενοι Τεγέαν,
αἰχμηταὶ πρὸ πόληος, ἵνα σφίσι μὴ παθέληται
Ἐλλὰς ἀποφθιμένη κρατὸς ἐλευθερίαν.*

104. [161.]

1152

*Ἄμφι τε Βυζάντειαν ὅσοι θάνον, ἰχθυόεσσαν
όνομενοι χώραν, ἄνδρες ἀρηθόοι.*

— 105.

1153

*Οἵδε παρ' Εὐρυμέδοντά ποτ' ἀγλαὸν ὥλεσαν ἥβην
μαρνάμενοι Μήδων τοξοφόρων προμάχοις
αἰχμηταί, πεζοί τε πατέρων ὥκυπόρων ἐπὶ τηῖν,
κάλλιστον δ' ἀρετῆς μνῆμ' ἔλιπον φθίμενοι.*

visse dicit, haud obscure significat de sua potissimum salute sollicitos fuisse, cum orator Tegeatarum fortis consilii auctor fieret*), item eius populares gloriosi laboris participes sui honoris studiosos fuisse**).

Epigr. 103. Anth. Pal. VII 442: corr. *Σιμωνίδον*: C εἰς τὸν ἐν τεγέᾳ πεσόντας ἀριστεῖς ἀθηναίους. — V. 1. *μηνσώμεθα*, Schneidewin *μνασσώμεθα*. — V. 2. *Τεγέαν*, P *τέγεαν*. — V. 3. *αἰχμηταὶ*, Schneidewin *αἰχματαὶ*. — V. 4. *ἀποφθιμένη* scripsi, cod. Pal. *ἀποφθιμένον*, Planudes suo periculo, ut solet, *ἀποφθιμένοις πάροτος ἐλευθερίας* (Urs. ... ἦς), Iacobs coni. ἀπ' ἱρθίμον *κρατὸς ἐλευθερίαν*.

Epigr. 104. Aristid. II 511 sine poetae n. affert sed una cum aliis Simonidis epigrammatis. — V. 1. *Βυζάντειαν* scripsi, cf. Steph. Byz. *Βυζάντιον* . . . ἔστι πατέρων τηῖς χώρας *Βυζάντεια* διὰ διφθόγγου, Scaliger *Βυζάντειον*, vulgo *Βυζάντιον*. — *θάνον* Scaliger, vulgo *θάνατον*.

Epigr. 105. Anthol. Pal. VII 258: corr. *Σιμωνίδον*: C εἰς τὸν μετὰ πλωτονος ἐν εὐρυμέδοντι ἀριστεύσαντας. — V. 1. *οἴδε*, P *οἶδε*. — *Εὐρυμέδοντα* cod. Pal., *Εὐρυμέδοντι* Plan. — *ποτ'* haud infrequens in epitaphiis, vid. 106, 1, hoc quidem loco numero versus non satis conveniens, fortasse *πατέρων* ὥλεσαν ἥβην, quo composito uititur Aeschylus. — *ἀγλαὸν* Plan., *ἀγλαὰν* cod. P. — *ἥβην*, cod. P supra *ἥβαν*. — V. 3. *αἰχμηταὶ* Plan., *αἰχμητᾶς* cod. Pal. — Simonidi Krüger abiebat Hist. Stud. I 67 exile poematum vocans, iniuria ille quidem. A Simonide sane victorias ad Erymedontem reportatas celebrari potuisse supra p. 446 negavi, itaque obelo confixi poematum, neque vero novicium est vel demonstrativum, sed antiquum; videtur hoc epigramma Athenis columellae in Ceramico inscriptum fuisse, cf. Paus. I 29, 13.

*) Oratoris nomen (*Χείλεως*, *Χείλεος*, *Ξέλιος* de vitio suspectum, nec tamen ausim *Ἐχέλαος* sive *Ἐχείλαος* corrigere.

**) Simonides memor erat eorum, quae Herod. IX 25 refert de contentione inter Tegeatas et Athenienses ante pugnam Plataeensem.

106.

Τῶνδέ ποτ' ἐν στέρνοισι τανυγλώχινας ὄστοντος
λοῦσεν φοινίσσα θοῦρος "Ἄρης ψακάδι,
ἀντὶ δ' ἀκοντοδόκων ἀνδρῶν μνημεῖα θανόντων
ἄψυχ' ἐμψύχων ἀδε κένευθε κόνις.

1154

107. [167.]

'Ελλάδι καὶ Μεγαρεῦσιν ἐλεύθερον ἀμαρτίας ἀέξειν

Epigr. 106. Anthol. Pal. VII 443: corr. Σιμωνίδον. C εἰς τὸν πεσόντας παρενθέδοντα ποταμὸν Ἑλληνας. Disseruit de hoc carmine Hecker I 224. II 291. Schneiderus demonstrativi generis esse existimavit, quod ab inepto rhetore sit fictum, Schneidewin abiudicavit Simonidi, quoniam res ad Eurymedontem gestae sint poeta iam defuncto, Hecker tuerit, carmen vel maxime Simonide dignum iudicans. Hic quoque incertum, quae fides sit lemmatis cod. P, nam in ipso poematio nihil inest, quod pugnam ad Eurymedontem intelligendam esse suadeat. Si epigramma in antiquo anthologio lemmate carebat et praecedebat sive ep. 105 sive 142, vel utrumque, proclivi errore poterat librarius iterare summarium. Neque audeo carmen, quod quas res gestas spectet prorsus ignoramus, Simonidi abiudicare: alterum sane distichon argutiis insigne, sed versatile poetae ingenium ubique asciscere solet orationis filum instituto conveniens variatque pro ingenio eorum, quibus poemata destinavit. — V. 1. ποτ' ἐν Meineke, legebatur ποτὲ. — τανυγλώχινας P m. s. et Iacobs, vulgo τανυγλωχίνας. — V. 2. φοινίσσα, P φοίνισσαι. — ψακάδι (i ex corr. m. s., fuit ψακάδα) cod. Pal., ψεκάδι Brunck. — V. 3. ἀντὶ, Hecker olim οὐτι, quod postea ipse abiecit. — μνημεῖα, fort. μναμεῖα. — ἀκοντοδόκων alias non legitur: hunc ipsum versum opinor resp. Et M. 50, 55 quamquam non recte ὡς ἐπιτηρῶν, μή πον ἀκοντίῳ βληθῆ interpretatur, nam est vir fortis, qui telorum ictus excipere non dubitat. — V. 4. ἀδε, P ἀδε. — Hunc versum subditicium censem Iacobs iniuria, μνημεῖα nihil aliud est quam λείφανα, cineres et ossae, quae poeta ἄψυχα dicit, mortuos ipsos ἐμψύχους, quandoquidem viri fortes etiam post mortem aeterna vigent memoria. Antitheti figura satis tuerit ἐμψύχων, cf. Aristot. Rhet. III 10 κινδυνεύοντος γὰρ αὐτοῦ ἕκετενεῖ η εἰκὼν, τὸ ἄψυχον δὴ ἐμψυχον, τὸ ὑπόμνημα τῶν τῆς πόλεως ἔγων. Frustra haec coniecturis tentaverunt, velut coniecit Meineke ἄψυχ' εὑψύχων, Hecker olim ἄψυχ' ἐμψυχῶντ', Hartung ἄψυχ' ἀψύχων τάνδε κένευθεντεύοντιν. Denique Hecker postea proposuit ἄψυχ' ἐμψύχων ἀδε κέλευθος ἔχει.

Epigr. 107. Boeckh Corp. Inscr. I 1051: Τὸ ἐπίγραμμα τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ ἀποθανόντων καὶ νεκρῶν ἐνταῦθα ηρώων ἀπολόμενον δὲ τῷ χρόνῳ Ἐλλάδιος ὁ ἀρχιερεὺς ἐπ[εσκεύασε]. . . . Σιμωνίδης. Ἐλλάδι πτλ. Μίχαιλ ἐφ' ήμῶν δὲ η πόλις καὶ τάνδον ἐνηγιζεν. Respicere videtur hoc monumentum Pausan. I 43, 3: εἰσὶ δὲ τάφοι Μεγαρεῦσιν ἐν τῇ πόλει· καὶ τὸν μὲν τοῖς ἀποθανόντοις ἐποίησαν κατὰ τὴν ἐπιστρατείαν τοῦ Μήδον. Kaibel garrulitatem et dictionem parum elegantem castigat, miraturque unde Helladius rescriverit Simonidis esse epigramma, cum poetae nomen non fuerit additum antiquo exemplo; fortasse ex scholio Theocrитеo (vid. fr. 199) asciitum esse poetae nomen. Recepierunt opinor in ordinem, qui

λέμενοι θανάτου μοῖραν ἐδεξάμεθα·
 τοὶ μὲν ὑπ' Εὐβοίας ἄνω πάγῳ, ἔνθα καλεῖται
 ἀγνᾶς Ἀρτέμιδος τοξοφόρου τέμενος·
 5 τοὶ δὲ ἐν ὅρει Μυκάλας, τοὶ δὲ ἐμπροσθεν Σαλαμῖνος,
 (ναῶν Φοινισσᾶν ἔξολέσαντες Ἀρη,)·
 τοὶ δὲ καὶ ἐν πεδίῳ Βοιωτίῳ, οἵτινες ἔτλαν
 χεῖρας ἐπ' ἀνθρώπους ἵππομάχους ἴέναι.
 ἀστοὶ δὲ (μνᾶμ') ἄμμι τόδε γέρας ὁμφαλῷ ἀμφὶ¹
 10 Νισαίων ἐπορον δαμοδόκων ἀγόρων.

108.

Χαίρετ' ἀριστῆς πολέμου μέγα κῦδος ἔχοντες
 ποῦροι Ἀθηναίων ἔξοχοι ἵπποσύνη,
 1155 οἵ ποτε καλλιχόρου περὶ πατρίδος ὠλέσαθ' ἥβην
 πλείστοις Ἐλλάνων ἀντία μαρνάμενοι.

Simonidis epigrammata collegerunt. — V. 1. Ἐλλάδι, lapis *ΚΑΛΑΔΙ*. ἀξέειν, l. *ΑΕΞΙΝ*. — V. 2. λέμενοι, l. *ΠΕΜΕΝΟΙ*. — μοῖραν ἐδεξάμεθα, l. *ΛΟΙΡΑΝΕΔΕΞΑΜΘΟΑΜΕ*. — V. 3. Εὐβοίας ἄνω πάγῳ scripsi, l. *ΕΤΡΟΙΑΚΙΠΑΧΩ*, Boeckh Εὐβοίᾳ νανσικλήτῳ, Schneidewin partim ex Emperii coni. Εὐβοίας ἀλλι πάγῳ. — καλεῖται, l. *ΚΛΑΕΙΤΕ*. — V. 4. ἀγνᾶς, l. *ΕΑΓΝΑΕ*, id est Φαγνᾶς. — τοξοφόρον, l. *ΤΟΞΟΦΙΟΤ*. — V. 5. ὅρει Μυκάλας, l. *ΟΡΙΜΟΙΚΑΛΑС*. — ἐμπροσθεν Σαλαμῖνος, l. *ΕΝΠΡΟΣΘΕΣΑΛΑΜΣΙΝΟC*. — V. 6 vel a lapicida vel a Fourmontio omissum supplevit Boeckh. — V. 7. πεδίῳ, l. *ΠΑΙΔΙΩ* et deinde *ΒΟΙΟΣΤΩ*. — V. 8. ἴέναι, l. *IENE*. Conieci ἴέναι ἵππομάχους. — V. 9. ἀστοὶ δὲ μνᾶμ' ἄμμι scripsi, l. *ACTΟΙΔΕΑΜΜΙ*, Hartung ἀστοὶ δὲ ἄμμι τόδ' αὐτὸν γέρας et deinde cum Boeckhio ὁμφ. ἀμφὶ πόλην. Hecker τόδ' ἐν γέρας. — γέρας, in proeedosi scripsi πτέρας, quod etiam Ahrens coniecit; sed conf. Epigr. Atticum ap. Rangabé Antiq. Hell. I 25: Σῆμα τόδε Κύλων παύδοις ἐπέθηκε θανόντων Μνῆμα φιλημοσύνης. — ὁμφαλῷ ἀμφὶ, l. *ΟΜΦΑΔΩΛΑΦΙΙ*. — V. 10. Νισαίων ἐπορον δαμοδόκων ἀγόρων scripsi (idque recepit Hartung, nisi quod ἀγόρων scripsit), l. *ΝΕΙΚΕΟΝΕΚΤΟΡΟΝΔΜΟΙΟΚΩΝΓΑΟΡΩ*. Boeckh coni. ἀστοὶ δὲ ἄμμι πόρον γέρας ὁμφαλῷ ἀμφὶ πόλην Νικέων ἡμετέρων ἀλλοδαπῶν παρόντος, Schneidewin ἀστοὶ δὲ ἄμμι τόδε γ. ὁ ἀμφὶ πόλην Νισαίων ἐπορον λαοδόντων ἀγορᾶ.

Epigr. 108. Anth. Pal. VII 254: corr. Σιμωνίδον. Σ εἰς τὸν Ἀθηναίων προμάχους. Simonidi tribuitur etiam ap. Iriarte p. 94. — V. 2. P a pr. m. ἵπποσύνη. — V. 4. Ἐλλάνων, Schneidewin Ἐλήνων. — μαρνάμενοι cod. P in m. (et Plan.), in textu μαχόμεναι. — Schneidewin praeeunte Opsopoeo Simonidi abiudicat epigramma, quod ad bellum Peloponnesium referendum esse censem. Sed ad bellum pertinet, quod circa Ol. 68, 3 Spartani eorumque socii Cleomene et Demarato ducibus, quorum auspicia etiam Boeoti et Chalcidenses secuti sunt, Atheniensibus intulerunt, quod bellum, ut suspicor, non iniuria πόλεμος Πελοποννησιανός ab Atheniensibus dictum est, cf. Schol. Pind. Isthm. VI 34. In hoc bellum prorsus cadit quod hic legitur πλείστοις

109. [168.]

Τούσδε ποτ' ἐν Σπάρτας ἀκροθίνια Φοίβῳ ἄγοντας
ἐν πέλαγος, μία νῦξ, εἰς τάφος ἐπέρισεν.

110. [169.]

Θηρῶν μὲν κάρτιστος ἔγώ, θνατῶν δ', ὃν ἔγὼ νῦν
φρουρῶ, τῷδε τάφῳ λάίνος ἐμβεβαώς.

'Ελλάνων πτλ. Equites, qui fortasse in pugna equestri prope Eleusinem ceciderunt, poterant hac ipsa urbe oriundi esse, ut *καλλίχοος πατρὸς* Eleusis, non Athenarum urbs sit. Eleusinum enim agrum Cleomenes nihil veritus loci sanctimoniam vastum fecit (Herod. VI 75; Pausan. III 4, 2), id quod Athenienses aegerrime tulerunt. Prope templum Cerevis erat fons *Καλλίχοος*, vid. Pausan. I 38, 6 *Ἐνθα πρῶτον Ἐλευσίνων αἱ γυναικεὶς χορὸν ἔστησαν καὶ ἤσαν ἐς θεὸν*, adde Hom. h. in Cer. 271 et Callim. in Cer. Kaibel Opsopoeo et Schneidewino assensus est.

Epigr. 109. Anth. Pal. VII 270: corr. *Σιμωνίδον*: C εἰς τοὺς ἀπὸ σπάρτης ναναγήσαντας et rursus p. 310 post VII 650 non sine mira lectionis varietate aliter inscriptum: corr. *Σιμωνίδον*: C εἰς νανηγόντας τινας ἐν τηρηνίᾳ ναναγήσαντας. — V. 1. Altero loco τούσδε ἀπὸ Τυρρηνῶν. Finsler zur gr. Anth. 91 hanc lectionem Cephalae interpolationi adscribit, mihi secus videtur, nam P altero loco emendatas lectiones Φοίβῳ ἄγοντας et Υν σπάφος exhibet, atque si Apollini Pythio, ut consentaneum est, donaria destinata fuerunt, Spartanos legatos credideris itinere pedestri se Delphos contulisse, quamquam poterant sinum Corinthiacum navi traiicere. Si ἀπὸ Τυρρηνῶν probaveris, non Tyrrheni dedicant primitias Apollini, sed manubiae de Tyrrhenis deo offeruntur, nam ἀπὸ solenni more dici solet de manubiis, ut ep. 134 ταῦτ' ἀπὸ δυσμενέτων Μήδων ὅπλα. Aeschines adv. Ctesiph. 116: ἐπεγράψαμεν τὸ προσῆκον ἐπίγραμμα: Ἀθηναῖοι ἀπὸ Μήδων καὶ Θηβαῖοι ὅτε τάνακτια τοὺς Ἑλλησιν ἐμάχοντο, aliisque plurimis locis. Singularis plane inscriptio galeae, quam Hiero Olympio Iovi dedicavit Tyrrhenis prope Cumam devictis CIGr. I 16 τῷ Δί Τυρ(ο)άρ' ἀπὸ Κύμας, ubi ἀπὸ eodem modo dictum est, quo Simon. ep. 135 ἀνδρῶν γενεὰν Ασίας ἀπὸ χώρας. Sin usitatam interpretationem verbis ἀπὸ Τυρρηνῶν adhibemus, patriam legatorum, quam epitaphium praetermittit, in pila tumuli significatam esse necesse est, ac possis accipere de manubiis, quas Hiero post victoriam ad Cumam continuo obtulit Apollini Pythio, sicut regem tunc arma Tyrrhenorum Olympiam misisse constat. Simonides, qui Hieronis hospitio tunc utebatur, epitaphium scripsisse censendus est; certe nihil causae est, cur carmen hoc Simonidi abiudicemus: si v. 2 in memoriam revocat Callimachi et τῶν νεωτέρων epigrammata, quae uno disticho constant, tenendum est, hos sedulo Cei poetae vestigia legere. — ἀκροθίνια, ἀκροθήνια cod. Pal. et Pl. — Φοίβῳ ἄγοντας, cod. P priore l. Φοίβῳ ἀγαγοντας. — V. 2. νῦξ cod. P priore l., altero cum Pl. ναῦς. — εἰς τάφος, cod. P priore l. Plan. ἐν σπάφος.

Epigr. 110. Anth. Pal. VII 344: corr. *Σιμωνίδον*: C εἰς λέοντά τυντα, ὃν ἐφούρει λέων μαρμάρινος. Θηρῶν . . . ἐμβεβαώς (v. 1. 2). — V. 2. φρουρῶ, fort. φροντέω. — λάίνος Meineke et M. Schmidt, neque aliter legit lemmatis auctor, cod. P λαίνω. — Huic disticho sub-

[ἀλλ' εὶ μὴ θυμόν γε Λέων ἐμὸν οὕνομά τ' εἶχεν,
οὐκ ἀν ἔρῳ τύμβῳ τῷδ' ἐπέθηκα πόδας.]

iunxerunt Huetius et Jacobs alterum distichon, quod legitur corr. manu scriptum in eadem codicis pagina post VII 350 cum hoc lemmate: *Καλλιμάχου εἰς λέοντά τινα, ὃν λέων ἐπὶ τοῦ λάρνακος ἔσπει λιθίνος*. Continuo se excipiunt haec disticha ap. Plan. et Iriart. 94 (ap. Plan. secundo disticho praemissum ἄδηλον); eundemque ordinem veteris Anthologii fuisse appetet. — V. 3. γε, Hartung τε scripsit. — οὕνομά τ', Plan. ὡς ὄνομα, ex conjectura manifesta. — Cancallis saepsi alterum distichon, quod quamvis spectet praegressum, non tamen eiusdem est poetae. A Jacobsio, cui continuum carmen videbatur, iure Schneidewin discessit, quem alii securi sunt. Prius distichon *Simonidi*, *Callimacho* alterum Meineke et O. Schneider attribuunt; prius distichon Schneidewin ad Leonidae tumulum rettulit coll. Herod. VII 225 ὁ δὲ κολωνός ἐστι ἐν τῇ ἐσόδῳ ὅκον νῦν ὁ λέθινος λέων ἔστηκεν ἐπὶ Λεωνίδῃ: sed huic monumento, quod videtur Herodoti demum saeculo excitatum esse, titulum subscriptum fuisse non est verisimile:*) itaque carmen Simonidi abrogandum et demonstrativis poematis foret adscribendum, quemadmodum Lollii Bassi Anth. VII 243 (ἥν δ' ἐσορῆς ἐπ' ἔμεν ἰοβόστρενχον εἰνόντα θηρός, ἔντεπε τοῦ ταγοῦ μνήμα Λεωνίδεω): sed eius generis speciem haudquaquam prae se fert. Neque debebant Meineke et Schneider alterum Callimacho vindicare, quod recte ap. Plan. ἄδηλον inscribitur, utrumque carmen ad *Leontem* aliquem referendum est, ut lemmata indicant: Leontis tumulo leonis signum inpositum simul nomen viri et fortitudinem insignem notabat; poeta quorsum spectaret monumentum significasse satis habuit, ratus aequales non ignoraturos, cui simulacrum illud dedicatum fuerit. Postea vero alias quis subscrispsit alterum distichon, ut aenigma quod videbatur postgenitis expediret, quemadmodum alias quoque ab aliena manu epigrammatis additi sunt versiculi**), quos a Callimacho plane alienos esse appetet. Prioris epigrammatis paradosis incerta, nam videatur in vetere Anthologio tam Simonidis quam Callimachi nomen adscriptum fuisse, sed Simonidis nomen aliqua ex parte confirmat lemma proximi ep. Anth. VII 345 ἀδέσποτον· οἱ δὲ Σιμωνίδον, cuius auctorem Aeschrionem Samium esse testificatur Athenaeus; Simonidi non potuit attribui carmen in Philaenidem nisi errore, cui praegressum carmen ansam dedit. Carmen haud dubie antiquum; si Simonidis est, possis ad Leontem Trozenium referre, quem ad Sciathum Trozeniorum navis capta Persarum nautae mactaverunt, ut Herodotus auctor est VII 180: καὶ ἔπειτα τῶν ἐπιβατέων αὐτῆς τὸν καλλιστεύοντα ἀγαγότες ἐπὶ τῆς πρώης τῆς νηὸς ἔσφαξαν διαδέξιον***) ποιεύμενοι τὸν εἰλον τῶν Ἑλλήνων πρῶτον καὶ καλλιστον· τῷ δὲ σφαγιασθέντι τούτῳ οὕνομα

*) Pausanias certe III 8, 2 (adscripti locum ad ep. 138) nullum epigramma neque Simonidis neque aliis poetae publico monumento in Leonidae honore inscriptum novit.

**) Conf. Simon. ep. 128 et 129. Etiam in lapidibus antiquis passim eiusmodi additamenta deprehendimus, denique librarii idem ausi sunt, velut in vita Aristotelis novissima duo trimetri contumeliosi leguntur, quos describens librarius adiecit ἀναλφάβητος οὐτοις στιχογράφος κτλ.

***) Haud scio an corrigendum sit ἔσφαξαν τῷ Διὶ δεξιὸν ποιεύμενοι.

111. [170.]

1156

'Ανδρὸς ἀριστεύσαντος ἐν Ἑλλάδι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ
 Ἰππίου Ἀρχεδίκην ἥδε κένενθε κόνις·
 ἡ πατρὸς τε καὶ ἀνδρὸς ἀδελφῶν τ' οὖσα τυράννων
 παιδῶν τ', οὐκ ἥρθη νοῦν ἐς ἀτασθαλίην.

112. [172.]

Μνήσουμαι, οὐ γὰρ ἔοικεν ἀνώνυμον ἐνθάδ' Ἀρχεναύτεω
 κεῖσθαι θανοῦσαν ἀγλαὰν ἄκοιτιν
 Ξανθίππην, Περιάνδρου ἀπέκγονον, ὃς ποθ' ὑψηπύργου
 σῆμαινε λαοῖς τέρῳ ἔχων Κορίνθου.

ἡν Λέων τάχα δ' ἄν τι καὶ τοῦ οὐνόματος ἐπανύροιτο. Consentaneum est eins, qui primus in hoc bello pro Graeciae libertate animam redidit, non inhonoratam fuisse memoriam, ac fortasse extrema Herodoti verba, quae sunt ambigua, hue spectant. Constat omnino Graecos fortium virorum tumulis leonis signum imponere solitos esse*), cf. Antipatri ep. Anth. Pal. VII 426, ubi viator leonem in sepulcro conspicens quaerit, quem servet, cui ille regerit ἵὸς Θευδάροι Τελευτίας, ὃς μέγα πάντων φέρερος ἦν, θηρῶν ὕσσον ἐγὼ κένοιμαι. οὐχὶ μάταν ἔσται, φέρω δὲ τὴν σύμβολον ἀλιᾶς ἀνέρος· ἦν γὰρ δὴ δυσμενέεσσι λέων, quo loco non recte usus Iunghahn ap. Simon. v. 1 πάντων pro θνατῶν tentavit, sed θνατῶν ubi praecessit θῆρῶν non plus offensionis habet, quam ep. ap. Kaibel 242: ἡ οὐκ ἐτύμως τόδε σάμα λίοντε (δύ' ἐμφρονοῦσιν), οἱ μὲν γὰρ θηρῶν φέρεται, οἱ δὲ βρο(τῶν) (ita enim redintegro). Utrumque carmen ad clarum aliquod exemplar, Simonidis ut puto hoc epitaphium, conformatum est.

Epigr. 111. Thuc. VI 59: Ἰππόλον γοῦν τοῦ Λαμψακηνοῦ τυράννον αἰντίδη τῷ παιδὶ θυγατέρᾳ ἑαυτοῦ μετὰ ταῦτα Ἀρχεδίκην Ἀθηναῖος ὡν Λαμψακηνῷ ἔδωκεν (Ιππίας), αἰσθανόμενος αὐτοὺς μέγα παρὰ βασιλεῖς Δαρείω δύνασθαι· καὶ αὐτῆς σῆμα ἐν Λαμψάκῳ ἐστὶν ἐπίγραμμα ἔχον τόδε· Ἀνδρὸς οὐλ. Simonidis esse docet Aristotel. Rhetor. 1, 9 qui v. 3 affert: Καὶ τὸ τοῦ Σιμωνίδον· ἡ πατρὸς οὐλ. Schol. ad h. l. ap. Cramer An. Par. I 267, 26: ἔνοι εἴφασαν ὡς τῆς Εὐάβης ταῦτα· ἡ π. τε καὶ ἡ ούσα ἀδελφῶν τε τυράννων Ινσδαίμων γενόμαν πασῶν οἰνηροτάτη, inepte ut nihil supra; sed fortasse aliquis, qui belli Troiani heros epigrammatis ornavit, ad Hecubam transtulit, δυσδαίμων πασῶν οἰνηροτάτη γενόμαν substituens. V. 3 et 4 affert Isidor. Pelus. Ep. III 224: Ἀρχεδίκην, πατρὸς, ἀνδρὸς οὐλ. — V. 2. Ἀρχεδίκην, Α ἀρχεδίκης. — κένενθε, Κ κενένθει. — V. 3. τ' om. i. — V. 4. Ε νοῦν ἑασαστασθαλίην.

Epigr. 112. Anth. Pal. XIII 26: Σιμωνίδον ἐπιτ^v τῷ Ι μίτρῳ Γ' μετρῷ (omnia ab eadem m.). — V. 4. τέρῳ ἔχων, Salmasius

*) Lysippi summi artificis leo vulneratus ut videtur ornabat tumulum Cyzicenorum, qui cum Arrhidaeus urbem obsidione premeret, fortiter dimicantes ceciderunt. Neque vero huic pertinet leo, qui etiam nunc in insula Ceo visitur, qui in promontorio, cui λέων nomen fuit, extat, de quo vid. Broendstedt Itiner. I p. 32.

113. [173.]

*Σῆμα καταφθιμένοιο Μεγακλέος εὗτ' ἀν ἰδωμαι,
οὐκτείρω σε, τάλαν Καλλία, οἵτινες.*

114. [64.]

1157

Ἡερίη Γεράνεια, πακὸν λέπας, ὥφελεν Ἰστρον

coniecit ἔρωτ' ἔχων, recte improbante Buttmanno in Lexilogo I 113. Eodem modo principes τέλος ἔχειν, magistratus summus τελεστής, οἱ ἐν τέλει dicuntur.

Epigr. 113. Anth. Pal. VII 511: corr. τοῦ αὐτοῦ (*Σιμωνίδον*). C εἰς Μεγακλέα. Epigramma manifesto mutilatum; elegiae particulam esse censem Schneidewin, neque integrum est carmen, quamvis Kaibelio secus videatur, sed mihi detrimentum resarciri posse videtur, si ep. 114 quod et ipsum criticis imperfectum visum est, huic disticho subiicitur. Cum in vetere Anthologio forte hoc poematum diremptum esset (librarius v. 2 addidit coronidem, quoniam v. 3 novi carminis exordium esse credidit)*), has particululas diversis locis inseruit, qui Anthologiam Pal. adornavit, id quod aliis quoque locis animadvertisimus. Sane plurima Simonidis epigrammata singulis vel binis vel ternis inclusa sunt distichis, sed hunc modulum excedunt, ut incertae auctoritatis carmina praetermittam, ep. 107 et 115, alterum decem, alterum duodecim versibus absolutum. Huius poemattii versus octo eo minus offensionis habent, quod non fuit tumulo inscriptum, sed epistolium consolandi causa missum Calliae, cuius filius Megacles naufragio prope Geraneam interiit: adolescentis tumulum imaginarium in littore Scironio propter viam visitans poeta quoties ad mercatus conventusque Graecorum in Peloponnesum proficiscebatur, nunquam non hunc casum commiseratus est. Calliae et Megaclis nomina Atticam originem satis testantur. Fortasse post v. 2 aliquot versus intercepsi, quam iacturam licet resarcire, si novissimum distichon, quod Alcaeī Messenii epigrammati VII 495 adhaerescit

Ἡιθέων δακρυτὸς ἄπας μόρος ἐν δὲ θαλάσσῃ
πλεύστα πολυκλαύτον κῆδεα ναυτιλίης

praemiseris Simonidis ep. 1 quod continuo subsequitur VII 496 *Ἡερίη Γεράνεια*. Ascito enim hoc disticho iam nihil desideraveris, quandoquidem reliquiae epigrammati Simonidei Σῆμα καταφθιμένοιο et *Ἡερίη Γεράνεια* arcta necessitudine vincita sunt. Vicissim distichon illud, si copulatur cum Alcaeī poemate, satis otiosum additamentum: atque paradosin vitio laborare etiam correctoris adnotatio indicio est, qui ad Alcaeī v. 3 adscripsit: ὅτι διηρημένον εὔρον τὸ ἐπίγραμμα τὸ στυγνὸς ἐπ' ἀριτούρῳ (v. 1) καὶ τὸ οὖ στίχεις παρὰ τύμβον ὁδοιπόρε (v. 3): fuit igitur in antiquo exemplo perperam dist. 1 a dist. 2 diremptum, cum potius dist. 3, quod Simonidi vindicaverim, sit segregandum. — V. 1. *Μεγακλέος*, cod. P μέγα πλέος. — V. 2. οὐτείρω, Kaibel οὐτείρω.

Epigr. 114. Anth. Pal. VII 496: corr. Σιμωνίδον. C εἰς τινὰ ναυηγῶν ἐν γερανεῖ καὶ ταῖς σπιρονίσι πέτραις ναναγήσαντα. — V. 1.

*) Accidit hoc in cod. Pal. cum alias, tum in Callimachi carmine VII 272, ubi Planudes germanam paradosin tuetur.

τῆλε καὶ ἐς Σκυθέων μαρῷὸν ὁρᾶν Τάναιν,
μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα Θαλάσσης 1158
ἀγέα μαινομένης ἀμφὶ Μολονοιάδα·
5 νῦν δ' ὁ μὲν ἐν πόντῳ κρυερὸς νέκυς, οἱ δὲ βαρεῖαν
ναυτιλίην νενεοὶ τῇδε βοῶσι τάφοι.

ἄφελεν, Salmasius *ἄφελες*, quod non debebant editores sequi. — *"Ιστρον*, cod. P supra *"Ιστρον*. — V. 2. *ἐς* scripsi, cod. *ἐν*, Heringa *ἐν* praeoptavit; *ὁρᾶν* *ἐς* *"Ιστρον*, *ἐς* *Τάναιν* quemadmodum *βλέπειν πρὸς* *ἔω* alia dicuntur, *μαρῷὸν* adverbiascit. — V. 3. *μηδὲ*, cod. P *μὴ δὲ*. — V. 4. *ἀγέα* *μαινομένης* ἀμφὶ *Μολονοιάδα* emendavi cod. P scripturam *ἀγρέα* *νειφομένας* ἀμφὶ μὲ *Θαλασσάδος* (*o in ras.*) Poeta et Geraneam montem et finitimum mare Scironium cum rupe Moluride devovet, qui tractus naufragii erat infamis. *Ναίειν* ad Homeri exemplum *νήσων*, *αἱ ναίονται πέρην ἄλος* i. e. *νείνται*, quod etiam tragicī secuti sunt, Simonides dixit, sicut *ἀγέα* i. e. *ἔναγη* ad modum Hipponaactis fr. 11 *ὡς οἱ μὲν ἀγεῖ Βουνάλῳ πατηρῶντο*, ubi de prosodia et significacione vocis verba feci. Moluris rupes (de qua post Hemsterhusium dixerunt O. Müller Dorier II 432 et E. Curtius Peloponnes I 26), unde Ino se in mare praeccipitavisse ferebatur, et vicinæ cautes Scironis flagitiis insignes, celestae pariter habebantur, quoniam nautis erant formidolosae: neque meae emendationi qui videtur adversari Pausanias I 49, 8 audiendum: *τὴν μὲν δὴ Μολονοιάδα πέραν Λευκοθέας καὶ Παλαιόνος ἱερὰν ἥγηντο τας δὲ μετὰ ταῦτην νομίζουσιν ἔναγεις*, ὅτι *Σπύρων παροικῶν σφίσιν, ὃποσις τῶν ξένων ἐπενύγχανεν, ἡφεισ σφᾶς ἐς τὴν θάλασσαν*: nam ut solet ad fabulas magis pervagatas, quam ad rerum naturam animum advertit. Cum neque rupes ista, neque mare vicinum *nivale* dici potuerit, correxi *μαινομένης*: sicut enim mare vehementissime prope illam rupem. Vulgo corrigit *ἄγνεα* *νειφομένας* (*Iacobs νιφομένης*) ἀμφὶ *Μολονοιάδος* (*Hartung Μολονοιάδας*), Salmasius *ἄγνεα* proposuit, at convalles montis Geraneae, non scopuli alicuius poterant memorari, verissime autem Hemsterhuys *Μολονοιάδος* nomen investigavit: sed *ναίειν* ἀμφὶ *ἄγνεα* de mari praesertim dictum non video quo pacto defendi possit. — V. 5. 6 iniuria Hecker reprehendit, pluralem *τάφοι* vice singularis fungi ratus. Mare hauserat navem cum nautis, itaque in littore non tantum eius, cuius mortem poeta aegre fert, sed etiam reliquorum tumuli honorarii erant. — lam si tribus his distichis prae-miseris distichon ep. 113, id quod supra commendavi, integrum recuperabimus epigramma, non indignum opinor Ceo poeta: quod si dispar aliquantum carminis species suspiciosos criticos offendat, meminerint hanc esse Simonidis laudem praecipuam, quod argumentorum diversitati convenienter semper habitum filumque orationis variare solet. Antiquum autem carmen esse testificatur Callimachus ep. 19 (v. *infra*) per omnia imitatus hoc exemplum, et rursus ep. 20, 3 respexit: *χω μὲν ἐν ὑγρῷ νεκρός, ἔγὼ δὲ ἄλλως οὐνομα τύμbos ἔχων πηρύσσω οὐλ.* Rursus Callimachum Leonidas Tarentinus Anth. VII 273 crassa ille quidem Minerva imitatur. — Paucis denique perstringam criticorum sententias. Quod nomen defuncti non commemoratum est, Val. Franke et Schmeidewin elegiae fragmentum esse censem; Hecker I 218 seq. (cf. praeterea II 220) v. 5 et 6 subditios censem et in eorum locum substituit Callimachi epigramma Anth. VII 271 (quod supra dixi ad Simonidis exemplum compositum esse), ut iam totum hoc carmen Callimachi sit:

115. [61.]

1156

Φῆ τότε Τιμόμαχος, πατρὸς περὶ χεῖρας ἔχοντος,
ἥνικ' ἀφ' ἴμερτὴν ἐπνεεν ἥλικίην·
ῷ Τιμηνορίδη, παιδὸς φίλου οὕποτε λήξεις
οὗτ' ἀρετὴν ποθέων, οὔτε σαοφροσύνην.

116. [63.]

1157

"Τστατα δὴ τάδ' ἔειπε φίλην ποτὶ μητέρᾳ Γοργῷ

'Ηερίνη Γεράνεια, καυὸν λέπας, ὥφελες "Ιστρον
τῆλε καὶ ἐν Σκυνθέων μακρὸν ὅραν Τάναϊν,
μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνιὸν οἶδμα θαλάσσης
ἄγνεα νειφομένης ἀμφὶ Μολονοριάδος·
ώφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς
παιδία Διονισεῖδον Σάποιον ἐστένομεν.
νῦν δ' ὁ μὲν εἰν ἀλί πον φέρεται νένυς, ἀντὶ δ' ἐκείνον
οὖνομα καὶ πενεὸν σῆμα παρερχόμεθα.

Hartung post v. 4 intercidisse putat distichon, quo nomen defuncti sit commemoratum, hunc fere in modum: οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς (*τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνα*) ἐστένομεν: nam ad huius epigrammatis exemplum conditum esse exile poematum, quod Callimachi nomine feratur.

Epigr. 115. Anth. Pal. VII 513: corr. τοῦ αὐτοῦ (*Σιμωνίδον*). C. εἰς πρόμαχον νῦν. Corr. τιμάροδος in rasura, cf. Iriarte 96. — V. 1. τότε Val. Franke, vulgo ποτε. — Τιμόμαχος scripsi propter paternum nomen *Τιμηνορίδης*, siquidem patrum et filiorum nomina praesertim apud Athenienses frequenter ab eiusdem vocabuli stirpe repetuntur, antea auctore Heckero dedi *Πρωτόμαχος*, cod. P πρόμαχος, Plan. *Τιμωρίδης*. Lennep coniecit φῆ ποτε παῖς *Πρόμαχος*. — περὶ, Hermann coni. χρόν. — V. 2. ἀφ', Plan. edd. ἀμφ'. — V. 3. λήξεις scripsi, atque ita etiam Hecker, vulgo λήση, Schmidt δήεις οὗτ' ἀρετὴν προθέοντ(α). — Simonidis germanum sit poematum an subditicium, quoniam proximi epigrammatis haud dispar est habitus, inquiram infra ep. 116.

Epigr. 116. Anth. Pal. VII 647: corr. Σιμωνίδον, οἱ δὲ Σιμμίον, εἰς γοργῶν τινὰ κόλην τελεντ. Ap. Planud. *Samii* est. *Simmiae* nomen ut praeferendum videatur (id quod Brunckio iam placuit et Meinckio) non tam suadet id, quod Simmias Rhodius peculiare carmen, cui *Γοργὼ* fuit nomen, scripsit (ad hoc carmen auctore Brunckio hos versus retulit Rohde der griechische Roman p. 81), sed magis quod epigrammata huic in Anthologia vicina Simmiam vel alium quem τῶν νεωτέρων auctorem commendant. Accedit, quod hoc epigramma (nam est epigramma, neque vero elegiae pars, ut Schneidewin censem) tum demum satis intelligi potest, si statuamus in monumento sepulrali filiae matri valedicentis imaginem insculptam fuisse, cuiusmodi anaglypha an iam antiquior Graecorum ars noverit, valde dubito. Nec dispar conditio ep. 115, quo fit ut Anthologiae testimonium de utroque elogio suspectum sit de vitio; et assensus est praeter Kaibelium lunghahn, sed ne parum cassis viderer, nolui censoria virgula notare. Huic quidem epigrammati 116 simillimum Anytae carmen, quod in Anthol. antecedit (VII 646): *Λοισθία δὴ τάδε πατοὶ φίλῳ περὶ χεῖρες βαλονσσα εἰπ'* Ἐρατώ, χλωροῖς δάκρυσι λειθομέναι ὡς πάτερ, οὕτοι εἴ τε εἰμί μέλας δ' ἔμὸν ὅμητος παλύπτει ηδη ἀποφθιμένης ινάνεος θάνατος, ubi scribendum videtur

δακρυόεσσα, δέρης χερσὶν ἐφαπτομένα·
αῦθι μένοις παρὰ πατρί, τέκοις δ' ἐπὶ λάονι μοίρᾳ
ἄλλην, σῷ πολιῷ γῆρατ καδεμόνα.

117. [62.]

*Αἰαῖ, νοῦσε βαρεῖα, τί δὴ ψυχαῖσι μεγαίρεις
ἀνθρώπων ἐρατῇ παρ νεότητι μένειν·
ἢ καὶ Τίμαρχον γλυκερῆς αἰῶνος ἀμερσας
ἡτθεον, πρὸν ἰδεῖν κουριδίην ἄλοχον.*

118. [174.]

1158

*Σῆμα Θεόγνιδος εἰμὶ Σινωπέος, φῷ μ' ἐπέθηκεν
Γλαῦκος ἑταιρείης ἀντὶ πολυχρονίου.*

119. [175.]

*Σῶμα μὲν ἄλλοδαπὴ κεύθει κόνις, ἐν δέ σε πόντῳ,
Κλείσθενες, Εὐξείνῳ μοῖρον ἔκιχεν θανάτου*

οὗτοι ἔτ' εἰμι, τάλαιν' ἔμὸν οὐτι. — V. 1. δὴ om. cod. P. — ποτὶ Pl. et P, non ποτὲ. — V. 2. ἐφαπτομένα, Iacobs ἐφαπτομένη. — V. 3. λάονι, P a m. pr. λάιον. — μοίρᾳ, Schneidewin μοίρῃ. — V. 4. καδε-

μόρα nonnullae edd. Plan., καδεμόναν aliae, καδομέναν cod. P; qui doricas formas repudiaverunt, eos ηγδεμόνα scribere oportebat.

Epigr. 117. Anth. Pal. VII 515: corr. Σιμωνίδον· C εἰς τίμαρχον τεών ἐν νόσοι τελεντήσαντα, cf. Iriarte 96. — V. 1. Αἰαῖ, vulgo αἴ αἰ. — V. 2. ἐρατῇ Iacobs, ἐρατῇ Plan., ἀρετᾶι cod. Pal. — V. 3. ἢ καὶ Plan. P, non ἢ καὶ. — ἀμερσας, P a m. pr. ἀμέρσας. — V. 4. κονοιδίην, Plan. κονοιδίαν. Ne quis cavilletur, moneo interiectione αἰαῖ etiam Theognidem 1341 usum esse, item Mnasalcam (Anth. P. VII 488 et 491), quem praeter ceteros Simonidis vestigia legisse constat. Kailbel contortum dicendi genus reprehendit, atque addit ex hoc expressum esse novicium ep. (Ep. Gr. 613), quod plane alienum. Ceterum Val. Eranke hoc epigramma pariter atque ep. 115 reliquias elegiae esse coniecit, ita ut ep. 117 fuerit exordium, deinde subsecutum sit compluribus distichis interiectis, quae omissa sint, ep. 115. Vicissim Hecker II 47 negat Simonidem aut quemquam veterum poetarum ante Parthenium lugubre carmen in hominem privatum elegiaco numero adstrinxisse.

Epigr. 118. Anth. Pal. VII 509: corr. τοῦ αὐτοῦ (Σιμωνίδον). C εἰς Θέογνιν τὸν Σινωπέα. — V. 1. Σινωπέος cod., vulgo Σινωπέως.

Epigr. 119. Anth. Pal. VII 510: corr. τοῦ αὐτοῦ (Σιμωνίδον). C εἰς Κλείσθενην ταῦγον Χῖον. — V. 1. σῶμα Plan. et Iriarte 95, σῆμα

πλαξόμενον· γλυκεροῦ δὲ μελίφρονος οἶκαδε νόστου
ημπλακεῖ, οὐδ' ἵκεν Κέων πάλιν ἀμφιρόντην.

120. [176.]

1159

Αἰδὼς καὶ Κλεόδημον ἐπὶ προχοῦσι Θεαίρον
ἀενάου στονόεντ' ἥγαγεν εἰς θάνατον
Θρησκίῳ κύρσαντα λόχῳ πατρὸς δὲ κλεεννόν
Διφίλου αἰχμῆτὴς νῦν ἔθηκ' ὄνομα.

cod. Pal. — V. 2. μοῖρ', Plan. πήρ. — V. 3. οἶκαδε, οἶκα (δε) corrector in ras. — V. 4. Κέων πάλιν (sive Κέω πάλιν malis) scripsi, cod. P *Xiov̄ ἐπ'*, Plan. *Xiov̄ ἐσ*, quod lemma quoque testatur. Coalescentes vocales qui non tulerit, potuit *Kῶν* scribere, sed si hoc epitaphium Simonides composuit, probabile est, poetam suis popularibus gratificatum esse, ac perpetuo permutantur *Xeios* et *Xioḡ*. Per molle carmen videtur Iunghahnio, Kaibel iudicium cohibet, sed insolenter productam vocalem *Xiov̄ ἐσ* ἀμφιρόντην novicium poetam prodere dicit, adhibens geminum exemplum attici epitaphii Ep. Gr. 88 *Xios ἀγαλλομένη Συμμάχῳ ἐστὶ πατρὶς*, ut traditam scripturam tueatur. Froehlich *Κεῖον* vel *Κῆον* h. e. *Κέων*, quae formae prorsus carent auctoritate, Schneidewin οὐδ' ἴκεις ἐσ *Xiov̄*, Hartung οὐδὲ *Xiov̄ νελώ*, ego olim οὐδ' ἴκεν πατροίδ' ἐσ scripsi, *Xιαν* ἐσ ἀμφιρόντην non ausus restituere propter correptae clausulae insolentiam, quamquam *Xia* pro *Xios* et talia vulgi ut videtur consuetudine dici solebat; hinc seriores frequentant, velut Theocr. XV 126 τὰν Σαμίαν, apud Plutarch. vit. Arati c. 12 omnino scribendum τῆς Ἀνδρίας i. e. "Αἰδον", ubi vulgo Ἀδρία legitur, ad eundem modum Athen. V 209 C: περὶ Λεύκολλαν τῆς Κώας scripsit, quamquam Κυπρίας potius scribere debebat, ut vidit Casaubonus. Philo in Flacc. 541: τὰς ἔξης νήσους τὴν Ἐλένην, τὴν Κίανον (scr. Κείαν), τὴν Κύθον. Neque aliter Latini scriptores, velut Plautus Merc. 647 *Lesbia*, ap. Cic. Arat. v. 422 *Chia* restituendum in locum *Chius*, Varr. de re rust. II praef. ex insula *Coa* et *Chia* (quemadmodum idem I 54 in *Sybaritano*, in *Olynthia* scripsit), Virg., Georg. I 14 *Cea*, item Valer. Max. II 6, 8 in *insula Cea*. — ἐσ Plan., cod. P ἐπαμφιρόντην, sed ἐπα in rasura.

Epigr. 120. Anth. Pal. VII 514: corr. Σιμωνίδον. Καὶ εἰς Κλεόδημον ὑπὸ θρησκῶν ἀναιρεθέντα καὶ πλέεννον διφίλον νιόν. — V. 1. αἰδὼς cod., non αἰδᾶς, Hartung Ἀιδης. — Κλεόδημον, Reiske Κλεόδημον. — V. 3. πλέεννόν, cod. πλέεννον, Reiske πλεεινόν. — V. 4. ἔθηκ', Hartung ἔκληγ'. — Antiquum epigramma, quod iniuria Kaibel non satis dilucidum esse censem, sed rectene an secus Simonidis nomine feraatur, non ausim dijudicare. Si probabile est poetam Hieronis hospitio usum usque ad diem supremum Syracusis commoratum esse, neque ad Eionem urbem a Cimone expugnatam licet epigramma referre, neque ad primam expeditionem Atheniensium in illas regiones et ad cladem, qua afflicti sunt, ut dicit schol. Aeschin. de f. l. 31 ἐπὶ Φαιδωρος h. e. Ol. 76, 1 vel rectius ἐπὶ Ἀψεψίωνος, hoc est Ol. 77, 4 cf. Krüger Hist. Strd. I 149. At prorsus ignoramus, quo tempore quoque loco res gestae sint, quas epitaphium perstringit: fluvius Θέαιρος nusquam praeterea comparet, nam certum est aliud esse Τέαρον, quem Herodotus et Plinius memorant, magno satis intervallo a Strymone diremunt: nomen fortasse idem est, ut solent nomina topica iterari ac variari per eundem tractum. Kaibel, si recte memini, carmen subdividit censem.

121. [177.]

Τῶν αὐτοῦ τις ἔκαστος ἀπολλυμένων ἀνιᾶται·

Νικόδικον δὲ φίλοι καὶ πόλις ἥδε ποθεῖ.

122. [178.]

*Χαιρεῖ τις, Θεόδωρος ἐπεὶ θάνον· ἄλλος ἐπ' αὐτῷ
χαιρήσει· θανάτῳ πάντες ὁφειλόμεθα.*

— 123. [179.]

'Ενθάδε Πυθώνακτα κασίγνητόν τε κένευθεν

Epigr. 121. Anth. Pal. VII 302: corr. *Σιμωνίδον*. C εἰς Νικόδικον. — V. 1. αὐτοῦ cod., αὐτοῦ Plan. — V. 2. ποθεῖ Schneidewin praeceunte Brunckio, cf. epigr. in eos, qui ad Potidaeum occubuerunt ἄνδρας μὲν πόλις ἥδε ποθεῖ καὶ δῆμος Ἐρεχθίων). πόλη cod. Pal. a m. pr., πόλη a m. sec., οὐλέι Plan., Πόλαι Iacobs. Quamvis dubitanter ποθεῖ recepi, nam offendit φύλων desiderium, quod cum v. 1 non satis convenit, aptissimum foret Νικοδίκον δὲ πόθῳ πᾶσα μένηδε πόλις, cf. Tyrt. 12, 28; quare antea conieci Νικοδίκον (hoc etiam Salmasius) δὲ φίλοι καὶ πόλις ἥδ' ἔχαρη. ut sit epigramma ad Paegnia referendum; et ad eundem modum Hartung scripsit ἥδεθ' ὅλη, aliter Heimsoeth Νικόδικον . . . ἡγεν ὅλη. — Hoc epigramma aliquis abrogaverit Simonidi, quia quod praecedit in Anth. VII 301 (Simon. ep. 95) ab hoc poeta alienum, at incertum hoc indicium, quandoquidem ep. 301 postea videtur insertum esse, ac proximum Anth. VII 300 (Simon. ep. 123) quamvis adpungendum existimet certe Simonidis nomine antiquitus fuit propagatum.

Epigr. 122. Anth. Pal. X 105: ab eadem m. *Σιμωνίδον*. ap. Plan. est ἄδηλον. — V. 1. θάνον, Meineke θάνεν, irritus opinor. — αὐτῷ Meineke, legebatur αὐτῷ, quae medela etiam alibi est adhibenda, velut ap. Homerum Od. Φ 582 οὖ τε μάλιστα κῆδιστοι τελέθοντι μεθ' αἰμά τε καὶ γένος αὐτῶν, ubi omnino αὐτῷ τῶν restituendum. — V. 2 credat aliquis Horatio obversatum esse Art. Poet. 62 *debemur morti nos nostraque*, qui Simonidis carmina frequenter versaverat, sed decretum hoc pervagatum, tragici in primis frequentant, velut Eurip. Alcest. 433 ως πᾶσιν ἡτοῖν πατθανεῖν ὁφειλεται, unde et parodia lusit Aristophanes Polyidi fr. 1 et interpolatione se insinuavit in Soph. Electram 1473, ut olim docui, et iteratur in titulis sepulcorum recentibus, velut CIGr. III add. 3857m de Plutone φιλοίς μακάρων πάντες ὁφειλόμεθα.

Epigr. 123. Anth. Pal. VII 300: corr. *Σιμωνίδον*. C εἰς Πυθώνακτα καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Non dubitavi hoc epigramma obelo configere: neque enim credere par est, Simonidem, qui in melico carmine fr. 57 plane ostenderit, quam fragilia sint monumenta et Cleobulum, cui secus visum, graviter reprehenderit (*μωροῦ φωτὸς ἀδει βουλά*), in epigrammate lapidem tumulo impositum non interiturum (*μνῆμα ἀθάνατον*) edixisse, quae adversa fronte inter se pugnant; sane variant iudicia hominum, diesque multa docet, sed vel adolescens poeta non adeo rerum humanarum imperitus erat, ut quemadmodum rhetor ineptus antitheta captans hac vaniloqua oratione sit usus. Qui post seculi sunt, ab hoc inani verborum sonitu haud abhorrent, velut est in Attico titulo CIGr. I 747 εἰνόνα τήνδ' ἀνέθην . . . μνημοσύνην θυη-

γαῖ', ἐρατῆς ἥβης ποὶν τέλος ἄποιν ἰδεῖν·
μνήμα δ' ἀποφθιμένοισι πατὴρ Μεγάριστος ἔθηκεν 1160
ἀθάνατον θυητοῖς παισὶ χαριζόμενος.

— 124 A. [180.]

"Ανθρωπ', οὐ Κροίσου λεύσσεις τάφον· ἀλλὰ γὰρ ἀνδρός
χεροήτεω μικρὸς τύμβος, ἐμοὶ δ' ἵκανός.

124 B. [180.]

Οὐκ ἐπιδὼν νίμφεια λέχη κατέβην τὸν ἄφυκτον
Γόργιππος ξανθῆς Φερσεφόνης θάλαμον.

τοῦ σώματος ἀθάνατον, item in novicio III 3857 m ἀέναον τόδε σῆμα
πατὴρ εἰδόντες θυγατοί, ἀθανάτην τειμήν, adde Kaibel Epigr. 250 ὑπὸ¹
στάλαξ κρύπτεται ἀενάω, aliquanto modestius est ibidem 325 ἀιδίον
μνήμης τύμβον ἐπα(γλαύσαν, ita enim videtur instaurandum) et 830
στῆσεν ἀγαλμα τόδε, μνήμην ἀθάνατον σώζων πατρός. Neque vero de-
bebat Kaibel in Pericleae actatis monumento, quod signabat reliquias
eorum, qui in Potidaeae obsidione occubuerunt, 21 scribere ἀθάνατού
με² (θ)α(γοῦσιν ἔθηκαν σῆμα πολέται), ubi priores prudentius ἀθάνατον
πλέος commendaverunt, sed satius est supplendi periculo abstinere. —

V. 1 cod. Pal. pr. ησιγγητε, corr. supra τε partim in ras. scripsit την,
idem in m. γρ. ησιγγητόν τε κενενθε, ησιγγήτην τε Plan. — κενενθε
cod. Pal. in marg., vulgo κενενθει. — V. 3. Μεγάριστος Grotius, cod.
μέγ' ἄριστος, Plan. μέγ' ἄριστον. — V. 4. χαριζόμενος Pal. cod. supra,
χαριζόμενον in textu.

Epigr. 124 A et B. Anth. Pal. VII 507: C Εἰς γόργιππον ἐπιτύμ-
βιον· corr. Σιμωνίδον. Planudes, qui prius tantum distichon ex-
hibet, *Alexandro* tribuit. Manifestum est duo epigrammata coaluisse,
itaque separavi, nam lemmatis nulla est fides. Et prius quidem disti-
chon adpunxi, novicii poetae esse arguit Croesi mentio, id quod vere
Lunghahn monuit, nam compellatio ἀνθρωπε a Simonidis more non ab-
horret, cf. fr. 60, quod fortasse ex epigrammate aliquo petitum. Possit
Leonideae attribuere, cuius praecedit poemation, *Alexandri Aetoli* non
esse arguit dialectus. Ep. 124 A imperfectum, si Leonidae est, com-
plures versus interceptos esse veri simile. Ep. 124 B integrum esse ar-
bitror: multi non solum antiquorum, sed etiam recentiorum, velut Calli-
machus, haud raro disticho defunguntur. Cum lemma olim praemis-
sum desideretur, Simonidei nominis auctoritas levis vel nulla est,
praesertim cum epigramma, quod in Anth. VII 508 subsequitur, a m. s.
Σιμωνίδον sit inscriptum, quod Diogenes Laertius Empedocli vindicat,
sed neutrius esse certum est: nihilominus arbitror ep. 508 antiquitus
Σιμωνίδον, non Ἐμπεδοκλέον³) inscriptum fuisse; quae deinceps legun-
tur 509—16 τοῦ αὐτοῦ inscripta maximam partem germana sunt Simo-

*) Vel insignis lectionis varietas testatur aliunde, non ex Diogene
esse depromptum ep. 508 in Pausaniam medicum, cuius auctor cum
ignoraretur, alii Empedocli, alii Simonidi attribuerunt, quoniam non
suppetebant nomina aliorum poetarum, qui illo saeculo in Sicilia vixerant.

125. [209.]

*Ἀργεῖος Λάνδης σταδιοδόμος ἐνθάδε κεῖται
νίκαις ἵπποβοτον πατρίδ' ἐπευκλεῖσας,
Ὀλυμπίᾳ δίς, ἐν δὲ Πυθῶνι τρία,
δύω δ' ἐν Ἰσθμῷ, πεντεκαίδεκ' ἐν Νεμέᾳ,
τὰς δ' ἄλλας νίκας οὐκ εὑμαρέσ εστ' ἀριθμῆσαι.*

nidis carmina. — Ep. 124 A. V. 1. λεύσσεις, cod. P λεύσεις. — V. 2. vulgo post χερήτεω interpungitur. — Epigr. 124 B. V. 1. ἐπιδὼν, cod. P ἐπίδῶν. — πατέβην, in Pal. fuit πατέβη, postea π additum. — V. 2. θάλαμον, cod. P. θάλαμος.

Epigr. 125. Anth. Pal. XIII 14: ab eadem m. Σιμωνίδον, ἐπὶ ἔξα-
μέτρῳ πεντάμετρῷ πατὸν τριμετροι εἶτα ἔξαμετρον. — V. 1. Pal. δάν-
δης σταδιοδόμος, posterius fortasse non reiciendum. Dandes cum
Ol. 77 vicerit stadio, si Simonidis hoc est epigramma, haud ita multo
post diem supremum obiisse censendus est. Benndorf p. 15, ut solet
fumum ex luce dare, censem *Ἀργεῖος Λάδας* scribendum, ut opinor etiam
ceteris locis, ubi hoc cursoris nomen legitur, penitus oblitteraturus,
quoniam ei fidem excedere videtur, duos eisdem temporibus celeberrimi-
mos cursores fuisse, utrumque Argivum. Atqui Ladam maiorem,
cuius patria ignoratur, Argivum fuisse vana est Benndorfii suspicio,
iisdem temporibus Ladam hunc et Dandem vixisse confidenter edixit;
sed de Ladae maioris aetate nihil est proditum, nisi quod Myro eius
simulacrum fecit; hinc colligas artificis aequalis Phidiae fuerit, fere ab Ol. 80 usque ad
Ol. 90 floruisse censendus est. De Lada, si recte memini, disseruit
H. Iacobi in commentatore gymn. Posaniensis, quae non ad manus
est. — V. 3 Ὀλυμπίᾳ Schaefer, vulgo Ὀλύμπια. Cum de una tantum
Olympica victoria constet, conieci aliquando Ὀλυμπιένδης, ut haec
dorica forma (Bekk. An. III 1303) non tantum Ὀλυμπιάς sed etiam
Ὀλυμπίᾳ significaverit, neque tamen quidquam mutandum, nam pot-
erat Dandes, qui Ol. 77 stadio victor renuntiatus est, praeterea dolicho
vel diaulo Olympiae vicensse. — V. 4. Ἰσθμῷ scripsi, idem placuit Me-
inekio, offendit enim insolens tradita scriptura ἐν Ἰσθμοῖ (cod. P ἐν
ἰσθμοῖ), nam quod apud Platonem in Gorgia 472 legitur ἐν Πυθῶι, ibi
scite Boeckh Oecon. II 764 ἐν Πυθῶι corredit, non recte Cobet Πυθῶι
scripsit, qui non debebat (Lect. Nov. 321) ἐν Ἰσθμῷ alia id genus ubi-
que tollere conari; atqui Pindarus dixit Ol. VII 81: μεινά τ' ἐν
Ἰσθμῷ, Isthm. V 15: ἐν Ἰσθμῷ, item ἐν Πυθῶι Ol. II 39. Nem.
XI 23. — Νεμέᾳ, cod. Pal. νεμαία, Schaefer coni. πεντεκαίδεκα Νεμέα,
Schneidewin ἐν Νεμέας, Schmidt πέντε ἑπάνντη' ἐν N., ego πεντάκις
ἐν Νεμέᾳ (vel πεντάκι δ') ut versus sit iambelegus, quem ascevit
poeta, quoniam Νεμέα nomen posteriori colo trimetri non convenit,
solemnam autem ordinem ludorum deserere poeta religiosus noluit.
Ad eundem modum in Attico epitaphio Kaibel 51 heroo subiicitur
Ἀρχεστράτην ἀνδρὶ ποθεινοτάτην. — V. 5. ἀριθμῆσαι, Simonides fort.
ἀριθμῆσαι scripsit, quod etiam Nauck coniecit, numero commodiore;
cf. fr. 228, quamquam non utendum est hoc testimonio ad Simonidis
nomen huic elogio praemissum tuendum, nam alium spectat locum;
sed Simonideae artis haud expers est hic titulus. — Post h. v. inter-

126. [181.]

1161

Σᾶμα τόδε Σπίνθηρι πατήρ ἐπέθηκε θανόντι.

* * * * *

127. [182.]

*Κρῆς γενεὰν Βρόταχος Γορτύνιος ἐνθάδε κεῖμαι,
οὐ πατὰ τοῦτ' ἐλθών, ἀλλὰ πατ' ἐμπορίαν.*

128. [184.]

*Οἱ μὲν ἔμὲ πτείναντες ὁμοίων ἀντιτύχοιεν,
Ζεῦ Ξένι', οἱ δ' ὑπὸ γᾶν θέντες ὅναιντο βίον.*

— 129. [183.]

*Οὗτος ὁ τοῦ Κείοιο Σιμωνίδεω ἐστὶ σαωτήρ,
ὅς παλ τεθνηὼς ζῶντι παρέσχε χάριν.*

ceptum esse pentametrum statuit Hecker II 91, comparans Crinagorae epigr. Anth. IX 239.

Epigr. 126. Anth. Pal. VII 177: corr. *Σιμωνίδον*. — *Σπίνθηρι* Jacobs, cod. P *σπινθῆρι*. — *ἐπέθημε*, P *θημε*, sed corr. *ἐπέ* supra in rasura addidit. Versum deesse significavi, desideramus enim patris nomen, quod etiam in antiquis epitaphiis, quae uno versu absolvuntur, comparet, velut Kaibel 5 *Ανσόᾳ ἐνθάδε σῆμα πατήρ Σήμων ἐπέθηνεν*, vel 14 *Ἀλνέᾳ τόδε σῆμα Τιμοκλῆς ἐπέθηνε*, ubi temere Kaibel dicit me assensum esse iis, qui haec in hexametrum redigunt: plane enim dixi duo cola esse logaoedica. Sed liberorum nomina paissim reticentur, velut Kaibel 9 et Simon. ep. 123, 1; sed Kaibel 12 legendum (*Ἐνθάδε σῆμα πασιγινήτῳ*) *Ξενόφα(ντος . . . Εὐδόξῳ)ξῷ πατέθηνεν*. Neque vero existimandum, quoniam *Σπίνθηρ* servile fere videtur nomen fuisse, patris nomen consulto esse omissum. Epigramma, si disticho continebatur, hand dubie antiquum; sed de Simonide sit fides penes auctorem.

Epigr. 127. Cod. Pal. ap. Jacobs. Not. Crit. Anth. Pal. VII 254: corr. *Ἐπὶ Βρόταχον*. *Σιμωνίδον*. et in fine *τοῦτο δισσῶς πεῖται*. Formas *βρόταχος* et *βράταχος* testantur Et. M. 214, 43 et Hesychius, in Batrachom. 294 scribendum ὡς *ἥα τότε βρατάχοισιν ἀρωγοὺς εὐθὺς ἐπεμψεν*. — V. 2. *ἐμπορίαν* Schneidewin, cod. *ἐμπορίην*.

Epigr. 128. Anthol. Pal. VII 516: corr. *τοῦ αὐτοῦ* (*Σιμωνίδον*). C *εἰς τινὰ ὑπὸ ληστῶν ἀναιρεθέντα*. Legitur etiam in lemmate ad VII 77 (vid. epigr. 129). — V. 2. *βίον* cod. P, sed altero loco *βίον*. — Dicitur de hoc epitaphio ad ep. 129.

Epigr. 129. Anth. Pal. VII 77: A *Εἰς Σιμωνίδην Σιμωνίδον*. ibidem haec in marg. corr. adscripsit: *Σιμωνίδης εὐρῷ τενρῷ ἐν νήσῳ τινὶ θάψας ἐπέγραψεν οἱ μὲν ἔμὲ πτλ.* (Epigr. 128). ὁ ταφεὶς τενρὸς ἐπιφανεὶς τῷ *Σιμωνίδῃ ἐκάλυσε πλεῖν*. διὸ τῷ συμπλεόντων μὴ πεισθέντων, αὐτὸς μείνας σώζεται, παλ ἐπιγράψει τόδε τῷ ἐλεγεῖον τῷ τάφῳ. οὗτος ὁ τοῦ Κείοιο πτλ. Legitur etiam ap. Sch. Aristid.

III 533 Dind. sive Frommel 200 (Aristid. Panath. II 215, quem locum schol. interpretatur, nihil ad rem pertinet) et ap. Tzetz. Chil. I 632 (qui cum dicit τὴ στήλη παρενέγγαψε, simul prius epigramma respicit). — V. 1. τοῦ om. sch. Ar. — Κείσιο Anthol., ceteri Κείσιον (Κίον). — Σιμωνίδεω, Anth. Σιμωνίδον. — V. 2. τεθνηώς, Anth. τεθνηός, in marg. τεθνεώς (sic Tzetz. et unus cod. sch. Ar.). — ξῶντι παρέσχε, ξῶντι ἀπέδωκε Anth. quam lectionem commendat sermonis proprietas, atque hanc elisionem ne elegiaci quidem poetae plane fugiunt, cf. quae ad Anaer. fr. 17 adnotavi. — Ep. 128 et 129 quae arctissima necessitudine coniuncta sunt, in Anthologia perperam direpta leguntur, quemadmodum etiam in aliis Cei poetae carminibus peccat, qui hanc syllaben adornavit. Praeter lemma Anth., schol. Arist., Tzetz. etiam alii fide digni auctores hanc memoriam tradiderunt, Cicero de divin. I 25 Simonidis somnium creberrime a Stoicis commemoratum esse testatur, et iterum II 65, Valer. Max. I 7 ext. 3 graeco usus auctore, qui etiam epitaphii mentionem fecit: *memor beneficii elegantissimo carmine aeternitati consecravit, melius illi et diuturnius in animis hominum sepulcrum constituens, quam in desertis et ignotis harenis struerat*, Libanius T. IV 1101 ed. Reiske, item epigrammatis mentionem faciens:*) qui quidem cum dicit prope Tarentum Simonidem sepelivisse hominem mortuum, in quem forte inciderat, et postridie voluisse pergere in Siciliam, sed somnio monitum iter distulisse atque ita grave discrimen evitasse, testificatur hoc accidisse, cum poeta ad Hieronem Syracusas profecturus erat. Nihil in his inest, quod fide indignum esse videatur. At Lunghahn homo ab omni superstitione alienus totum hoc commentium esse censem, fidem enim excedere, hominem bis ex media morte esse creptum, et cum Quintilianus famam de Tyndaridarum auxilio in aedium Crannoniarum ruina narrans miratus esset, quod poeta ipse huius rei nusquam meminisset, profecto non tacitus de tanta sua gloria**), Lunghahn, ut suam causam obtineret, importunum poetae testimonium amovendum esse intellexit, itaque utrumque epigramma censoria virgula notat, recentissima esse dictitans carmina. Ut ep. 128 in suspicionem vocaret, commentus est, pugnare verba οἱ μὲν ἐμὲ κτείνωντες cum Ciceronis verbis *cum ignotum quendam projectum mortuum ridisset* (Valerius *inhumatum corpus iacens*, Libanius *νεκρὸν ἄταφον ὃς ἐπειδὲν ἔργιμενον*), quae significant istum naufragio intereritum esse; quod vanum esse commentum religiosa interpretatio verborum evincit, quae de quolibet mortis genere commode dicuntur, neque hos auctores, qui noverant Simonideum carmen, credibile est quidquam scripsisse quod huic carmini adversetur. Nam ipsum carmen (germanum sit an subditum, in medio relinquo) eius rei testimonio est, neque vero fama tralatitia carmini fingendo ansam dedit. Aptissimum sane argumentum epigrammatographis insignis poetae nobilissimi pietas erga mortuum ignotum, quod meritum continuo remunerantes dii iterum ex mortis discrimine eripuerunt Simonidem, sed si quis animum hoc appulisset, continuo carmine eius rei memoriam esset persecutus***):

*) Non pertinet hue quod levissimus auctor Phaedrus fab. IV 22 solus testatur, Simonidem ex Asia domum redeuntem naufragium fecisse, quo respicit etiam IV 25 poetam ex aedium ruina salvum evasisse narrans.

**) Quintilianus, qui famam de Simonidis somnio haud dubie novit, quamvis tacitus significat poetam huius rei meminisse, id quod Lunghahn non animadvertisse miror.

***) Non ausi sunt demonstrativi generis cultores hoc argumentum delibare, sed certatim anonymi Anth. P. VII 310. 356. 357. 358. 359.

130. [185.]

*Ἡ σεῦ καὶ φθιμένας λεύκ' ὀστέα τῷδ' ἐνὶ τύμβῳ
ἴσκω ἔτι τρομέειν θῆρας, ἄγρωσσα Λυκάς·
τὰν δ' ἀρετὴν οἶδεν μέγα Πήλιον ἢ τ' ἀρίδηλος* 1162
Οσσα, Κιθαιρῶνός τ' οἰονόμοι σκοπιαῖ.

epigr. 128. 129, quamquam necessitudine coniuncta, seorsim condita esse appareat, itaque etiam seorsim sunt sub iudicium vocanda. Et ep. 128 quidem omnes habet veritatis numeros: poeta mortuum tanquam fidelissimum arbitrum adhibuit, qui memor beneficii simul divinam vindictam expetit: non recte Iacobs censet ab hospitibus interfectum esse, quoniam Ζεὺς ξένος invocatur, cf. Hom. Od. i 270 Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἵνετάων τε ξείνων τε ξείνος, ὃς ξείνοισιν ἄμ' αἰδοίοισιν ὄπηδεῖ, § 157 πόδες γάρ Διός εἰσιν ἀπαντες ξείνοι τε πτωχοί τε, adde Theaetet Anth. P. VII 499. Facinoris auctorem ignorans poeta plurem ex more adhibuit οἱ οἰτείναντες, tum addit οἱ θέντες sive concinnitatis gratia, ut Iacobis visum, sive comites suos dicens, qui una corpus terrae mandaverant. Sed alterum ep. 129 non dubitavi obelo configere; suspectum reddit non tam pron. οὐτος, quod breviter dici poterat pro οὐτος ὃς ἐνθάδε πειται, quemadmodum in Attico titulo Kaibel 63 legitur, sed additus articulus ὁ, significans οὐτος οὐτεῖνός ἐστιν ὁ τὸν Σιμωνίδην σώσας, appareat igitur ab aliena manu additum esse hoc distichon. Libanius narrat poetam ipsum subscrispsisse disticho (128) quo pilam in tumulo decoraverat (στεφάνους τῇ στήλῃ περιέθηκε καὶ ἐνογίσας τῷ νεκρῷ σωτῆρα αὐτοῦ τὸν κελμενὸν ἐκήρυξεν ἐπιγραμματι· καὶ τοῦτο ἡ στήλη δείκνυσιν)*), itaque Libanius utrumque epigramma vindicat poetae, tralaticiam famam secutus. Sed Simonidem pilam in tumulo erexisse non est veri simile, iecit hoc epitaphium (ep. 128) inter comites perfunctus officio: postea cum fama de somnio Simonidis pervagata esset, in memoriam rei pilam erigentes non solum nobile epigramma 128 inscriperunt, sed praeterea addiderunt alterum distichon 129.

Epigr. 130. Pollux V 47: "Ἐνδοξὸν δὲ καὶ Λυκάδα τὴν Θετταλὴν Σιμωνίδης ἐποίησε, γράψας τοντὶ τοπτύχαμμα ἐπὶ τῷ τάφῳ τῆς ηὔνος." Ἡ σεῦ κτλ. — V. 1. ἡ σεῦ Stephanus, vulgo ἡς αὖ. — λεύκης ὀστέα τῷδ' Stephanus (et sic Bekker ex libris, ut videtur), vulgo λευκοστεάτω. — V. 2. ἄγρωσσα libri quod quamvis ἀμάστυχον sit neque aliud plane simile exemplum noverim (nam ἡρῷσσα facilem habet intellectum), intactum reliqui, praesertim cum etiam verbi ἄγρωσσει origo sit obscurior, ἄγρωστι Schneider. — V. 3. Πήλιον, Πάλιον Schneidewin. — ἀρίδηλος Bekker, ἀρίδαλος vulgo. — V. 4. οἰονόμοι σκοπιαῖ,

360, ad quos Julianus Aegyptius VII 580 et 581 accedit, scripserunt εἰς τινα ὑπὸ ληστοῦ ἀναιρεθέντα καὶ ὑπ' αὐτοῦ θαυμόμενον, cui chriae Simon. ep. 128 ansam dedit; manifesta imitationis vestigia deprehendimus 310 θάψειν ὃ μετατίθεται καρνπτὸν φόνον· εἰ δέ με τύμβῳ δωρεῖται, τοίης ἀντιτύχοι χάριτος, quod ceteris opinor exemplo fuit; item 356 τοίον καντός ὄνται τάφον et 381 ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ισων ἀντιτύχοις οὐρανόθεν χαρίτων.

*) Idem Tzetzes significat (παρενέγραψε). Neque aliter videtur rettulisse auctor, quem Valerius latine interpretatur, eundem fortasse adhibuit Libanius.

ΑΝΑΘΗΜΑΤΙΚΑ.

131. [187.]

Ἡ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ' ἡνίκ' Ἀριστο-
γείτων Ἰππαρχον πτεῖνε καὶ Ἀριστο-

132. [188.]

Ἐθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
παῖδες Ἀθηναίων ἔργμασιν ἐν πολέμον
δεσμῷ ἐν ἀχνύσσεντι σιδηρέῳ ἑσβεσαν ὕβριν·
τῶν ἵππους δεκάτην Παλλάδι τάσδ' ἀνέθεν.

cf. Anyte Anth. Plan. 291 φοιξοκόμῃ τόδε Πανὶ καὶ αὐλιάσιν θέτο
νύμφαις δᾶσον ὑπὸ σκοπιᾶς Θεύδοτος ολονόμου, ita enim corrigo, v.
legitur *ολονόμος*. ad eundem modum eadem ib. 231 κατ' οἴόβατον δά-
σιον ὑλην. Neque enim ad antiqui alicuius exempli imitationem sunt
revocanda, quamquam passim Anytae poemata ad Simonidis artem
prope accedunt, velut et ipsa epigramma in canem scripsit (Pollux V 48).

Ἀναθηματικά. Epigr. 131. Hephaest. 26: Πᾶν μέτρον εἰς τε-
λεῖαν περατοῦται λέξιν, ὅθεν ἐπίληπτά ἔστι τὰ τοιαῦτα Σιμωνίδον
ἐν τῶν Ἐπιγραμμάτων. Ἡ πτλ. Cf. Eust. 984, 8. — V. 1. φόως
ESA, om. FIBHC. Deinde A γένετ' ἡνίκ'.

Epigr. 132. Herod. V 77: Τῶν λύτρων τὴν δεκάτην ἀνέθηκαν
ποιησάμενοι τέθριππον χάλκεον· τὸ δὲ ἀμιστεοῆς χερὸς ἐστηκε πρῶτον
ἔσιοντι ἐς τὰ προπύλαια τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλι· ἐπιγέγραπται δέ οἱ τάπε·
Ἐθνεα πτλ. Simonidis esse docet Aristid. II 512, qui una cum aliis
Simonidis epigrammatis postquam 142 adscripsit, affert: καὶ πρό γε
τούτων· Ἐθνεα . . . παῖδες Ἀθηναίον, οἵμαι λέγει τὸ ἐπίγραμμα
καὶ πολλὰ ἔτερα νή Δι', ἀλλὰ ταῦτα Ἀττικὰ καὶ θεομότερα. Integrum
epigramma affert etiam Diodor. Excerpt. Vatic. T. III 40 s. p. n. et
Anth. Pal. VI 343, ubi inscribitur A ἄδηλον corr. Ἡροδότου. Cf.
praeterea de hoc monumento Pausan. I 28, 2. Himer. Or. II 12. —
V. 2. ἔργμασιν ἐν πολέμον scripsi, atque ita ap. Her. ABCd et cod.
P Anth., ἐν πολέμῳ Diod., ἐν πολέμον vulgo ap. Herodotum, quod
cum δαμάσαντες iungunt perperam: hoc si dicere voluisset poeta, ἔργῳ
Ἄρηος (cf. ep. 140, 1) vel ηρατει πολέμον (ep. 142, 8) scripsisset, quem
admodum ep. 135, 3 τανυμαχίᾳ δαμάσαντες legimus; neque vero opus
est eius modi additamento. Rettuli ad ἑσβεσαν ὕβριν, id quod Aris-
tides suadet, quem ἐν πολέμον legisse certum est, et v. 4, de quo
infra dicam, plane flagitat: ἐν πολέμον est bello confecto, cf. Thucyd.
I 120 ἐν μὲν εἰσήνης πολεμεῖν, εν δὲ παρασχόν ἐν πολέμον εὐθὺς
ξυμβῆναι, nam alia est ratio II 34 et 36 θάπτοντο τοὺς ἐν τῶν πολέ-
μων. Poeta dicit: frerent superbiā cogentes captivos ἐν πέδαις
ἔργάζεσθαι. — V. 3. ἀχνύσσεντι Heckeri emendationem recepi, quo du-
cunt libri Herod. Cd ἀχνυθέντι, AB et Pal. Anth. ἀχνυθέντι, legebatur
ἀχνύσσεντι male, nam carcer quidem tenebricosus dici poterat, non
ferrea vincula. Nomen ἀχνύς testatur Et. M. 182, 1 adscripto versu
τῆς δ' ὀλοφυρούμηντος ἀμφ' ἀχνύΐ εἰβεται αἰών, unde ἀχνύσσεις recte
deducitur, ut M. Schmidtii conjectura ἀλγινύσσεντι facile careamus. —
ἑσβεσαν, Anth. ἑσβεσεν. — V. 4. τῶν, Diod. ὡν. Cum Boeoti et Chal-

cidenses suos tandem ex servitute redemiscent, Athenienses huius pecuniae decumam Minervae polluxerunt, ut Herodotus auctor est, quorum spectat hic versus; sed si ἔργμασιν ἐν πολέμον legitur, non est, quo τῶν referri possit: duriusculum enim τῶν ad Boeotos et Chalcidenses referre, nam tunc ἀπὸ τῶν dicendum fuit; hanc difficultatem sustuli scribendo ἔργμασιν ἐν πολέμον . . . ἔσβεσαν νῦν. Athenienses potissimum iis, qui argentaria metalla exercebant, videntur captivorum operas (ἔργματα) elocavisse, unde grandem pecuniam rediisse consentaneum est, quo accesserunt denique λύτρα, binas enim minas pro singulis redimendis solutas esse tradit Herodotus, poeta ut par est rem summatim perstringit; ἔργμάτων sive ἔργων δεκάτην eo modo dictum, quo λύτραν δεκάτη ap. Herodotum.* — τάσδ', AB ut solent τάσδ'. — ἀνέθεν Schneidewin, legebatur ἔθεσαν, nisi quod S ap. Her. ἀνέθεσαν cuius auctoritati nolim obtemperare, sed solenni more ἀναθεῖναι δεκάτην dici solet, et corruptelae origo in proclivi est; eandem medicinam adhibui ep. 135, 4. — De quadrigis, quas Athenienses Minervae bello prospere gesto dedicaverunt, schol. Aristid. III 119 Dind. eadem fere, quae Herodotus narrat, quibus addit cod. Paris. A (Frommel 351) οὐτως Ἀγρων ἐν ἐπιγράμματι ἐπὶ τῷ τεθρόπηῳ, ubi historiarum aliquem vel antiquitatum scriptorem nominatum esse coniicias, velut Ἀνδροτίων, quem has res gestas in Attide attigisse consentaneum est; sed cum schol. Herodotum testatus sit, non desideramus alterius auctoritatem, ac praepositio ἐν potius epigrammaticis scriptorem prodit, itaque conieci Ἀναρχέων, ratus grammaticos haesitavisse, utrum Simonidis an Anacreontis sint hi versus: sed Anacreon si etiam tum vixit, quod admodum est incertum, Athenis iam dudum discesserat. Ipse interpres videtur haec addidisse, οὐτως ἀνέγνων vel ὡς ἔγνωμεν, quae frequens est magistrorum cantilena in scholiis; quodsi ex Sopatri commentario repetitum est, quadrigae aheneae fere usque ad Iustiniani regnum superstites fuerunt. — Herodotus quadrigas prope Propylaea, quae Pericles aedificavit, positas esse narrat, vincula captivorum vidit in Erechtheo suspensa: et vincula quidem poterant facile ex urbis excidio servari; ut Herodotus refert, paries templi incendio obfuscatus**), nondum igitur haec Erechthei pars restituta fuit, cum Herodotus illa scripsit, sed quo pacto quadrigae tumultu Persico integrae potuerint servari, sane mireris: fortasse igitur composito demum bello Athenienses hoc monumentum dedicaverunt.*** — Haec in proecdosi scripsi: non

*) Diodori epitome ἐν τῆς δεκάτης τῆς τῶν Βοιωτῶν ὥφελειας praedae factae (ὥφελειας) decumam memorat. Pausanias ἀπὸ Βοιωτῶν δεκάτη καὶ Χαλκιδέων τῶν ἐν Εὐβοίᾳ.

**) Quod ap. Herod. legitur ἐν τῶν τειχέων πορευάμενοι, interpres arcis muros intelligunt, mihi τειχίων videtur scribendum, ut catenae suspensae fuerint vel in pariete aedis vel in maceria, quae cingebat aedem. Locum, quem quadrigae obtinebant, planissime descripsit Herodotus: τὸ δὲ ἀριστερῆς χειρὸς ἔστηκε πρώτα ἐσίοντι ἐς τὰ προπύλαια. Arcis Athenarum propylaea intrantibus haud dubie dextra semita, exeuntibus sinistra erat destinata, quemadmodum, qui sacrarum aedium limina superabant, religiose observabant maiorum morem, ut et intrantes et exeuntes dextrorum iter facerent: hinc Simon. ep. 162 δέξιαν θύραν dicit intrantium, sinistram ἔξιοντων δεξιὰν vocat, quoniam exeuntibus aede erat ad dextram. Erant igitur quadrigae ante Propylaea positae, ut intrantibus essent ad sinistram.

***) Accidit subinde, ut donariis perficiendis et dedicandis temporum iniquitas vel operis ampli difficultas aliaeve causae moras afferrent, velut statuae, quas Athenienses ex Marathonia praeda Apollini Del-

133. [189.]

1163

*Τὸν τραγόπονν ἐμὲ Πᾶνα, τὸν Ἀριάδα, τὸν κατὰ Μήδων,
τὸν μετ' Ἀθηναίων στήσατο Μιλτιάδης.*

ita multo post Athenis in arce marmoris fragmentum repertum has litteras exhibens;

ΕΝΑΙΟΝΕΡΛΑΜ/
ΠΡΟΣΔΕΙΑ-

quod Kirchhoff in act. mens. Acad. Berol. 1869 p. 409 seq. edidit et sagaciter animadvertisit pertinere ad basin quadrigarum, in qua singula disticha singulis versibus incisa erant: nam manifesto supersunt pentametrorum reliquiae (*Ἀθηναίων* ἔργμα_(σιν) et *(την)* ππονος δεκά(την)). Litterae sunt ampliae et decoratae, e quarum specie confecit Kirchhoff titulum scriptum esse circa Ol. 82—84. Herodotus igitur non antiquum simulacrum oculis usurpavit, quod Medico tumultu, cum arx incenderetur et diriperetur, interiit; sed Athenienses, ne memoria belli adversus Boeotos et Chalcidenses prospere gesti obliteretur, postea, cum Pericle auctore arx artis operibus magnifice ornaretur, hoc monumentum denuo instauraverunt*), addito, ut par erat, antiquo titulo, quem Simonidem fecisse, ut Aristides auctor est (vid. supra p. 477), cur negemus nihil omnino causae est, quamquam Kirchhoffio secus visum, qui epigramma hoc Simonidi abrogat: propter litterarum speciem, quam tituli fragmentum prae se fert, contendit Periclis demum aetate hoc monumentum Minervae esse dedicatum. Ita non solum eos, qui quondam Boeotos et Chalcidenses devicerunt, impietatis insimulat, qui satis habuerunt catenas captivorum suspensisse, fraudulent Minervam merito honore,**) sed etiam posteros corum vanissimos mortalium fuisse sibi persuasit, qui ut arcem ornarent artis operibus, ementiti sint, quadrigas has a maioribus decuma facta dedicatas esse. Huic autem opinioni plane adversatur Herodotus, qui plane dicit Athenienses, postquam captivi manu missi erant, fecisse hoc monumentum, non praetermissurus silentio, si sexaginta fere annis post neglecti officii crimen a se avertere studuisserent.

Epigr. 133. Anthol. Planud. 232: *Σιμωνίδον*, si revera antiquum est epigramma: nam recentiores poetae hoc argumentum ornaverunt, velui Theactetus (Anth. Pl. 233) et anonymus (ib. 259), neque antitheti studium, quod hic deprehendimus, Simonidi videtur convenire, quamquam non prorsus abhorreat ab hoc poesis lumine. Si poematum Simonideum est, fortasse ex ampliore carmine breviatum et immutatum, cf. quae scripsi supra ad ep. 90. Panis hoc signum Constantinus vi-

phico voverant, aliquot annis post alterum demum Medicum bellum dedicatae sunt, siquidem Phidas has statuas fecit: vid. Pausan. X 10, 1 epigrammatis testimonium adhibens ἀπὸ δεκάτης τοῦ Μαραθωνίου ἔργον τεθῆναι τὰς εἰκόνας, quas Φειδίας ἐποίησε, καὶ ἀληθεῖ λόγῳ δεκάτη καὶ οὗτοι (statuac) τῆς μάχης εἰσίν.

*) Fortasse Calamis has quadriagras fecit, quem Plinius H. N. XXXIV 71 in equorum effigie exprimenda sine aenulo fuisse scribit, ut conjecturam capere licet, quadrigam Calamidis, cui Praxiteles postea aurigam suum imposuit, hoc ipsum artis opus in arce esse.

**) More maiorum solebant Athenienses bello prospere gesto diis, Minervae potissimum, decumam pollucere, cf. Boeckh. Oeon. Ath. I 444.

134. [190.]

*Τοῦτ' ἀπὸ δυσμενέων Μῆδων ναῦται Διοδώρου
ὅπλ' ἀνέθεν Λατοῖ μνάματα ναυμαχίας.*

* 135. [192.]

*Παντοδαπῶν ἀνδρῶν γενεὰς Ἀσίας ἀπὸ χώρας
παῖδες Ἀθηναῖσιν τῷδέ ποτ' ἐν πελάγει
ναυμαχίᾳ δαμάσαντες, ἐπεὶ στρατὸς ὥλετο Μῆδων,
σήματα ταῦτ' ἀνέθεν παρθένῳ Ἀρτέμιδι.*

detur transtulisse Byzantium, si fides est Sozomeno hist. eccles. II 5: *καὶ οἱ ἐν Δελφοῖς τοῖποδες καὶ ὁ Πάν ὁ βοῶμενος, ὃν Πανσανίας ὁ Λακεδαιμόνιος καὶ αἱ Ἑλληνίδες πόλεις ἀνέθεντο μετὰ τὸν πρὸς Μῆδον πόλεμον: ubi prono errore Pausaniae vindicat quae Miltiadis opera fuit: neque aliter Nicephorus hist. eccl. VIII 33: καὶ ὁ σεμνὸς ἐν Δελφῶν τοῖπονς καὶ ὁ διαβόλος Πάν, ὃν Πανσανίας μετὰ τὸν Μηδικὸν ἀνέθετο πόλεμον: nam Wieseleri conjectura, qui utroque loco Πύθων pro Πάν restituendum censem, parum verisimilis; minus etiam Welcker audiendus, qui Myth. II 812 apud Sozomenum καὶ ὁ παμβοῶμενος (τοῖπονς) legendum suasit.*

Epigr. 134. Plut de Herod. malign. c. 39: *Διοδώρον δέ τιος τῶν Κορινθίων τριηραρχῶν ἐν ἵρῳ Λητοῦς ἀνάθηματι πειμένοις καὶ τοῦτο ἐπιγέγραπται· Ταῦτ' οὐλ. Anthol. Pal. VI 215: Α τοῦ αὐτοῦ (Σιμωνίδον)· item Α ἀνάθημα τῇ Λητοὶ παρὰ ναυτῶν. Simonidi cur abiudicemus nihil causae est: neque enim ταῦτα v. 1 malae fraudis aut noviciae originis suspicionem movet. Sed Plutarchus hoc quoque epigramma non integrum videtur adscriptissime, deest distichon, quo poeta exposuit, quae Diodorus eiusque nauctae in pugna Salaminia strenue gesserint. — V. 1. δυσμενέων, cod. Pal. δυσαμενων. — V. 2. ἀνέθεν Blomfield, Boeckh, Dobree, vulgo ἀνέθεντο, Hartung ὅπλα θέσαν requirit. — ναυμαχίας, Plut. ναυμαχίης.*

Epigr. 135. Plut. de Herodot. malign. c. 34: *Εἶτα πιστεύειν ἄξιον τούτῳ γράφοντι περὶ ἀνδρὸς ἡ πόλεως μιᾶς, ὃς ἐνὶ ὄγματι τὸ νικημα τῆς Ἑλλάδος ἀφαιρεῖται καὶ τὸ τρόπαιον καθαιρεῖ καὶ τὰς ἐπιγραφάς, ἃς ἔθεντο παρὰ τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Προσηνᾷ, κόμπον ἀποφαίνει καὶ ἀλεξοείαν; ἔχει δὲ οὕτω τὸ ἐπίγραμμα· Παντοδαπῶν οὐλ. Idem affert vit. Themistocl. c. 9, ubi v. 1 Ἀσίας et v. 3 ναυμαχίῃ legitur, priore loco Ἀσίας et ναυμαχίᾳ quae revocavi. — V. 4. ἀνέθεν scripsi, legebatur ἔθεσαν, quae librariorum est correctio, cum vulgaris forma ἀνέθεσαν tradita esset, quae versus numero adversatur. Σήματα poeta pilam et titulum inscriptum dicit, non ἐπιγραφήν sive γράμματα, quamquam σήματα apud Homerum antiqui interpretes in hunc modum interpretati sunt, adde Phaniam Anth. P. VI 295 ἕργα τε λείας σαμοθέτω, sed in epigr. Romano CIGR. III 6222 παραπλίμως γράψαι σημήτα δίπλοα φωνῆς Ἑλλάδος εν εἰδώς ἡδὲ καὶ Αἴσονίων notas tachygraphorum diei recte perspexit Bonada, quemadmodum est in epitaphio Agripinensi CI Rhen. 323 iam doctus in compendia Tot literarum et nominum Notare currenti stilo, Quot lingua currens diceret. — Simonidi h. ep. probabiliter vindicavit Schneidewin; ταῦτα neque hic neque ep. 134 offensioni est.*

136. [193.]

Δημόκοριτος τρίτος ἡρξε μάχης, ὅτε παρ Σαλαμῖνα
Ἐλληνες Μήδοις σύμβαλον ἐν πελάγει·
πέντε δὲ νῆσος ἔλεν δηῖσιν, ἕκτην δ' ὑπὸ χειρός
φύσατο βαρβαρικῆς Δωρίδ' ἀλισκομένην.

137. [194.]

Αἰδ' ὑπὲρ Ἐλλάνων τε καὶ ἴθυμάχων πολιητῶν

Epigr. 136. Plut. de Herod. malign. c. 36: Τὸ Δημοκορίτου κατόρθωμα καὶ τὴν ἀριστείαν, ἦν ἐπιγράμματι Σιμωνίδης ἐδήλωσε. Δημόκοριτος οὐτε. Insolens sane epigrammatis species, fraudis tamen suspicio procul habenda; Plutarchus haud dubie exordium in artum redegit, poeta videtur scripsisse: (ἀνθηνεν τόδε ...) Δημόκοριτος ... (Νάξιος, δι) τρίτος ἡρξε μάχης. — V. 3. χειρός TVB, vulgo χεῖρα. — V. 4. βαρβαρικῆς TVB, βαρβαρικὴν vulgo. Reiske coni. ἀπὸ (Schneidewin ὑπὸ) χειρῶν φύσατο βαρβαρικῶν.

Epigr. 137. Athen. XIII 573 C: Νόμιμόν ἐστιν αρχαῖον ἐν Κορίνθῳ, ὡς καὶ Χαμαίλεων ὁ Ἡρακλεώτης ἵστορες ἐν τῷ περὶ Πινδάρον, ὅταν ἡ πόλις εὐχῆται περὶ μεγάλων τῇ Ἀφροδίτῃ, συμπαραλαμβάνεσθαι πρὸς τὴν ἱκετείαν τὰς ἐταίρους ὡς πλείστας καὶ ταύτας προσεύχεσθαι τῇ θεῷ καὶ ὑστερον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῖναι. Καὶ ὅτε δὴ ἐπὶ τὴν Ἐλλάδα τὴν στρατείαν ἥγεν ὁ Πέρσης, ὡς καὶ Θεόπομπος ἵστορες καὶ Τίμαιος ἐν τῇ ἐβδόμῃ, αἱ Κορίνθιαι ἐταίραι ηὗξαντο ὑπὲρ τῆς τῶν Ἐλλήνων σωτηρίας εἰς τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐλθόνται νεών· διὸ καὶ Σιμωνίδης ἀναθέντων τῶν Κερινθίων πίνακα τῇ θεῷ τὸν ἔτι καὶ νῦν διαμένοντα καὶ τὰς ἐταίρους ἰδίᾳ (corrigendum videtur δημοσίᾳ, nam ἰδίᾳ est seorsim, cf. Thucyd. I 132. Herod. VII 228. Diod. XI 33) γραψάντων τὰς τότε ποιησαμένας τὴν ἱκετείαν καὶ ὑστερον (ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς recte inseruit Kaibel) παρούσας συνέθηκε τόδε τὸ ἐπίγραμμα. Αἰδ' οὐτε. Idem epigr. affert Sch. Pind. Ol. XIII 32: Θεόπομπος δὲ φησι καὶ τὰς γυναικας αὐτῶν (Κορινθίων) εὗξασθαι τῇ Ἀφροδίτῃ ἔρωτα ἐμπεσεῖν τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν μάχεσθαι ὑπὲρ τῆς Ἐλλάδος τοῖς Μήδοις, εἰσελθούσας εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης . . . εἶναι δὲ καὶ νῦν ἀναγεγραμμένον ἐλεγεῖν εἰσίοντι εἰς τὸν ναὸν τῆς ἀριστερᾶς χειρός. Αἰδ' οὐτε. Item Plut. de Herodot. malign. 39: καὶ μὴν ὅτι μόναι τῶν Ἐλληνίδων αἱ Κορίνθιαι γυναικες εὗξαντο τὴν καλὴν ἐκείνην καὶ δαιμόνιον εὐχήν, ἔρωτα τοῖς ἀνδράσι τῆς πρὸς τὸν οὐρανὸν βαρβάρους μάχης ἐμβαλεῖν τὴν θεόν, οὐχ ὅπως τοὺς περὶ τὸν Ἡρόδοτον ἀγνοῆσαι πιθανὸν ἦν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἐσχατὸν Καρδῶν· διεβοήθη γάρ τὸ πρᾶγμα, καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν ἐπίγραμμα, χαλκῶν εἰκόνων ἀνασταθεισῶν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀφροδίτης . . . τὸ δὲ ἐπίγραμμα τοῦτο ἐστιν. Αἰδ' οὐτε. addē Iriarte Codd. Matr. 263, ubi ἀριστοτέλους inscribitur, cuius lectiones cum schol. Pind. consentiunt. — Quamquam omnes iisdem auctoribus videntur usi esse magna tamen est dissensio, nam utrum Corinthiorum matronae an meretrices intelligendae sint, incertum: pariter ambiguum, quale fuerit donarium. Athenaeus ex Chamaeleontis Aristotelii libro περὶ Πινδάρον descriptis, nisi quod Theopompi et Timaei addidit testimonia, fortasse ex scholiis Pindaricis depromens, quamquam Timaei nomen in excerptis non com-

ἔσταθεν εὐξάμεναι Κύπριδι δαιμονίᾳ·
οὐ γὰρ τοξοφόρουσιν ἐμήσατο δέ' Ἀφροδίτα
Μῆδοις Ἑλλάνων ἀκρόπολιν προδόμεν.

paret*). Chamaeleonte etiam Pindari interpres usi sunt, addito Theopompi testimonio, sed quae de originibus templi Veneris narrant, aliunde petierunt, ex Chamaeleonte de promta ἔστι δὲ καὶ νῦν ἐλεγεῖον ἀναγεγραμμένον πτλ. **), ita enim scribendum, epitomator perperam εἰναι scripsit, omnia ad Theopompum referens. Plutarchus denique Pindaricis commentariis usus est, inde etiam Simonidis nomen ascivit, quod nunc ibi desideratur. Iam appareat meretrices haec vota fecisse, comodeque Chamaeleon Pindari scolian enarrans hoc exemplo usus est; neque fides habenda Theopompo, qui nescio quo errore Corinthiorum uxores substituit, quem sequitur Plutarchus, qui cum in scholiis hoc propagatum legisset, fortasse etiam Theopompi librum evolvit. Tabulam pictam Corinthios Veneri dedicasse testificatur locuples auctor Chamaeleo, Plutarchus aheneas statuas, perperam interpretatus ep. V. 2 ἔσταθεν, quandoquidem ἔσταναι vel ἔσταναι χάκονῶν τινα vulgo de statuis honoris ergo positis dici solet, sed pariter Nossis Anth. P. IX 605 de mulieris imagine, quam picta tabula exhibuit, ὡς ἀγανῶς ἔστανεν dixit. — Epigramma gravem labem contraxit, nam appareat post v. 2 unum alterumve distichon intercidisse: oportebat enim plane dici, meretrices voti compotes factas esse; videtur poeta non solum preces mulierum ad eum modum, quem Theopompus testificatur, enarravisse, sed etiam ut solet Corinthiorum fortitudinem laudibus extulisse. Ambigas epigramma utrum consulto an casu sit mutilatum: equidem integrum adscripsisse Chamaeleontem existimo. Nam v. 2 post Κύπριδι quod infertur δαιμονίᾳ (paullo commodius foret δαιμονίως) valde offendit; nam εὐχεσθαι δαιμονίᾳ quid sibi velit, aegre expediā; Plutarchum, qui δαιμόνιον εὐχήν interpretatur, nihil moror, qui repperit epigramma ut nunc legitur. Contra δαιμονίᾳ i. e. divinitus, divino auxilio arcta necessitudine cum novissimo disticho coniunctum: nam v. 3 et 4 deos adfuisse Corinthiis Medico tumultu planissime testantur. Hiat igitur oratio iam v. 2, quem ita redintegraveris ἔσταθεν εὐξάμεναι Κύπριδι δαιμοσίᾳ, apte enim poeta publicum, non privatum esse monumentum asserit, cf. ep. 89. Librarius aberrans ad δαιμονίᾳ quod insequebatur grave hoc detrimentum attulit, quod resarcire nequimus, cum ex Chamaeleontis libro, qui exscripserunt, imprudenter propagaverint. Denique addo neque lunghahnium neque Kaibelium hoc poematum Simonidi abiudicare, quamquam hunc exspectaveram obelo ad puncturum esse, siquidem parum congruit cum specie Simonidei epigrammatis, quam ipse delineavit, ut ad eam normam carmina quae vulgo feruntur examinaret. — V. 1. Ἑλλάνων, Ath. Ἑλλήνων. — θυμάχων, Ath. εὐθυμάχων (P. εὐθυμάχων), Schol. ἀγχεμάχων (Vrat. D. ἐγχεμ.). Dobree θυμαχῶν. — V. 2. ἔσταθεν scripsi, Plut. ἔσταθεν, Ath. ἔσταθεν, Schol. ἔστασαν. — εὐξάμεναι Plut., εὐχόμεναι Schol., εὐχεσθαι Ath. (B. εὐχεσθε). — δαιμονίᾳ, Plut. δαιμόνιαι, Lobeck δαιμοσία, Hecker παδεμόνι, C. Fr. Hermann δαιμονὶ ḥ, quod omnino falsum, M. Schmidt τιν στάθεν εὐχεσθαι Κύπρι ιιιαιόμεναι. — V. 3. ἐμήσατο Schol., ἐμήδετο Plut.,

*) Theopompum, neque vero Timaetum adhibere potuit Chamaeleo, sed neque illo videtur usus esse.

**) Aristarchi saeculo tabula picta superstes fuerit, quam mox urbis Corinthi incendium absumpsit.

138. [198.]

1165

*Ελλάνων ἀρχαγὸς ἐπεὶ στρατὸν ὥλεσε Μήδων
Πανσανίας, Φοίβῳ μνᾶμ' ἀνέθηκε τόδε.*

— * 139. [195.]

*'Ελλάδος εὐρυχόρον σωτῆρες τόνδ' ἀνέθηκαν,
δουλοσύνης στυγερᾶς ὁνσάμενοι πόλιας.*

ἔβούλετο Ath., ἔμήσαο M. Schmidt. — δῖ Ἀφροδίτα, ap. Schol. Vrat. D δῖα θεοῖσιν Ἀφρ. unde Boeckh coni. δῖα θεάσιν. — V. 4. Μήδοις, Ath. Πέρσαις. — ποσδόμεν, Schol. δόμενοι.

Epigr. 138. Thuc. I 132: *Καὶ ὅτι (ὁ Πανσανίας) ἐπὶ τὸν τρίποδά ποτε τὸν ἐν Δελφοῖς, ὃν ἀνέθεσαν οἱ Ἑλλῆνες ἀπὸ τῶν Μήδων ἀρχαγίνιον, ἡξιώσεν ἐπιγράψασθαι αὐτὸς ἰδίᾳ τὸ ἐλεγεῖον τόδε· Ἐλλήνων ἀρχαγὸς (Bgh ἀρχὸς), κτλ. τὸ μὲν οὖν ἐλεγεῖον οἱ λακεδαιμόνιοι ἐξεπόλαψαν εὐθὺς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τοῦτο καὶ ἐπέγραψαν ὄνομαστὶ τὰς πόλεις, ὅσαι ἔγνωσθε λούσαι τὸν βάρθιαρον ἔστησαν τὸ ἀνάθημα (huc etiam respicit idem III 57). Simonidis esse epigramma ostendit Pausan. III 8, 2: *"Οτι γάρ μὴ τῇ Κυνίσιᾳ τὸ ἐπίγραμμα ἐποίησεν ὅστις δὴ καὶ ἔτι πρότερον Πανσανίᾳ τὸ ἐπὶ τῷ τρίποδι Σιμωνίδης τῷ ἀνατεθέντει ἐς Δελφούς, ἄλλο δέ γε πωρὰ ἀνδρὸς ποιητοῦ λακεδαιμονίων τοῖς βασιλεῦσιν οὐδέν ἔστιν ἐς μνῆμην.* Legitur etiam ap. Demosth. in Neaer. 97. Plutarch. de Herod. mal. c. 42. Aristodemus p. 355 Wesch. Anth. Pal. VI 197 (Α Σιμωνίδον· item Α ἀνάθημα τῷ Απόλλωνι Πανσανίον, sed ον in ras., C εἰς Πανσανίαν) ubi ἀλεσα et ἀνέθηκα est, Suid. v. Πανσανίας, Apostol. VII 9, d. Cf. etiam Nepot. vit. Paus. c. 1. Respicit Aristid. II 234. Ipsius monumenti Herodotus quoque mentionem fecit IX 81: *συμφορῇσαντες δὲ τὰ χοίματα καὶ δεκάτην ἐξελόντες τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ, ἀπ' ἣς ὁ τρίποντος ὁ χούσεος ἀνετέθη ὁ ἐπὶ τοῦ τριπαρηγὸν ὄφιος τοῦ χαλκεοῦ ἐπεστεὼς ἄγχιστα τὸν βωμὸν.* Et aureus quidem tripus a Phocensibus, cum Delphicum templum diripuerint, conflatus, aheneus autem draco a Constantino Byzantium translatus (huc respicit etiam Schol. Thucyd. ἔλαβον οἱ Ρωμαίων βασιλεῖς, καὶ μετέθηκαν ἐπὶ τὸν τρίποδόμον τοῦ Βυζαντίου) quamvis truncatus etiam nunc superest, et nuper demum sociorum nomina columnae striatae incisa in lucem restituta sunt: copiose disputavit de hoc monumento O. Frick in Iahnii Annal. Suppl. III 487 seqq., sed non recte censem aureum tantum lebetem impositum fuisse draconum capitibus; fuit enim revera tripus aureus, id quod etiam Wieseler arbitratur (in Iahnii Annal. LXXXIX—XC p. 242 seq.): sane incertum, quo pacto draco cum tripode fuerit consociatus: Wieseler duas proposuit conjecturas, mihi quidem posterior maxime probabilis videtur. — Pausaniae, qui Simonidem epigramma fecisse testatur, fidem derogat Kaibel, quoniam neque Thucydides neque Demosthenes poetae nomen addiderint; at historiarum scriptores et oratores, ubi monumentorum titulis utuntur, constanter auctoris nomen silentio praeterirent. Kaibel dicit, distichon omnino indignum esse Simonide, qui si hoc Pausaniae gratificatus esset, graves Atheniensibus poenas daturus fuisset. Idem vero, cum suspicatur ea, quae de poetæ commercio cum Pausania feruntur, ficta esse omnia, quorum rumor fons et causa sit hoc ipsum distichon, quamvis invitus largitur, Simonidis iam antiquitus hos versiculos attributos esse. — V. 1. *'Ελλάνων ἀρχαγὸς* et v. 2 *μνᾶμ'* Anthol., reliqui *'Ελλήνων ἀρχαγὸς* et *μνῆμ'*. — V. 2. *τόδε*, om. V ap. Suid.*

Epigr. 139. Diod. Sic. XI 33: *Οἱ δὲ Ἑλλῆνες ἐν τῶν λαφύρων*

140. [199.]

1166

Τόνδε ποθ' Ἑλληνες νίκης πράτει ἔργῳ Ἀρηος,

δευάτην ἐξελόμενοι πατεσπενάσαν χρυσοῦν τρίποδα παὶ ἀνέθημαν εἰς Δελφοὺς ἐπιγράψαντες ἐλεγεῖον τόδε· Ἐλλάδος οὐτι. Adde Arsen. 118. Simonidi tribuit Schneidewin, satis infirmo usus arguento, quod huic epigrammati quae subiecit Diodorus epitaphia Thermopylensis Simonidis sint (ep. 91. 92), abindicat Goettling (in comm. acad. 1861 Ienae), cui inprimis displicet Ἐλλάδος εὐρυχόρον, quandoquidem Homericum ll. IX 478 δι' Ἐλλάδος εὐρυχόροιο de urbe sit dictum; at ad eundem modum in epigr. ap. Athen. XII 536 B legitur: ἄρχων Ἐλλάδος εὐρυχόρον, de quo dixi in appendice epigr. Simonidis: multo magis offendit, quod Graeci milites σωτῆρες Ἐλλάδος dicuntur, nam dispar ratio ep. 129 οὗτος ὁ τοῦ Κελού Σιμωνίδου ἐστὶ σωάτηρ, atque illud ipsum a Simonide alienum carmen*). Diodoro, qui solus hoc epigramma servavit, nihil prorsus de Pausaniae disticho memoriae prodidit (vid. epigr. 138), etiam Nipperdey et Frick (Iahnii Ann. Suppl. III 503) fidem abrogant, nec immerito; nam Diodorum ita demum possis conciliare cum aliorum testimoniosis, si statuas in locum prioris carminis (138), quod exsculptum est, aliud offensionis et invidia immune substitutum esse. At Thucydides et ceteri, qui eandem rem enarrant, nullam alterius epigrammatis mentionem faciunt, aperte adversatur huic conjecturae Nepos Paus. c. 1: „hos versus Lacedaemonii exsculpserunt, neque aliud scripserunt quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Persae erant victi.“ Nihilo secius olim hanc conjecturam tuitus sum, ratus epigramma Pausaniae in tripode aureo, non in columna striata scriptum fuisse. At postquam Dethier et Mordtmann denuo monumentum examinaverunt et in ipsa hac columna vestigia erasi epigrammatis deprehenderunt (vid. Acta Acad. Vindob. XIII p. 3 seq.),**) plane abieci eam opinionem, neque dubitavi epigramma, quod Simonidis non esse certum est, adpungere. Diodoro, si qua fides est Delphici monumenti titulum esse tradenti, coniicias multo post aureo tripode sublatlo hoc epigramma incisum esse in columnae striatae crepidine, cum bello Phocensi tandem composito Delphicum templum instauraretur. Quod Pausanias X 13, 9 hoc epigramma non commemorat, nullius est momenti, nam ille etiam columnae striatae titulum nulla mentione dignatus est. — V. 1. εὐρυχόρον, FL εὐρυχώρον. — V. 2. δονλοσύνης, Ars. δονλοσύνας.

Epigr. 140. Plut. de Herod. malign. c. 42: τέλος δὲ (Ἀθηναῖοι παὶ

*) Ut molestum illud σωτῆρες removerem, olim conieci σωτήρια vel σωτεροὶ, σοὶ τόνδ' ἀνέθημαν, ut ὄνσαμενοι referatur ad socios, quorum nomina exhibet columna striata.

**) Eo ipso loco, ubi vestigia erasi carminis deprehenduntur, haec extant:

ΑΓΟΛΟΝΙΘΕΟ
ΑΝΑΘΕΜΑΓΡΟΑ

tum sequuntur nomina Graecarum gentium, unde Goettling huic indici versum hexametrum tituli loco praemissum fuisse intellexit, quem in hunc modum instauravit: Ἀπόλλωνι θεῷ (στάσαντι) ἀνάθημ' ἀπὸ Μήδων. Haec sociorum nomina etiam Olympiae in signo Iovis in dextra basis parte incisa erant, vid. Pausan. V 23. Tertium catalogum memorat Aristodemus c. 9, nomina in disco orbiculatum scripta esse testatus, ne quae gens principem locum obtineret; sed huius memoriae fides sit apud auctorem.

εὐτόλμῳ ψυχῆς λήματι πειθόμενοι,
Πέρσας ἔξελάσαντες, ἐλευθέρᾳ Ἑλλάδι κοινόν
ἰδρυσαντο Διὸς βωμὸν Ἐλευθερίου.

141. [196.]

Φημὶ Γέλων', Ιέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον,

Απειδαιμόνιοι) τῷ βωμῷ τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο γράφοντες ἐνεχάραξαν· Τόν δε πτλ. (v. 2 in codd. Par. deest). Idem legitur in vit. Aristid. c. 19, ubi omissus est v. 2, et in Anth. Pal. VI 50: Αὶ Εἰς ναὸν ἀνατεθίντα τῷ Διὶ corr. in rasura Σιμωνίδον. Cf. Pausan. IX 2, 5. Dissertuit de hoc epigrammate etiam Frick p. 533, qui quod dicit legi ap. scholiastam Herodoti IX 85, quid sibi velit non assequor. Cum lemma tantum Anth. Simonidis nomen exhibeat, ceteri taceant, Kaibel fraudem manifestam esse putat, plurimum tribuens Pausaniae silentio, qui si epigramma in ara additum fuisset praesertim Simonideum, haud dubie mentione dignatus esset. Atqui Plutarchus Chaeronensis testatur Graecos post pugnam Plataeensem aram Iovi dedicavisse et illos versus inscribendos curavisse: constat igitur iam saeculo ante Pausaniam versus incisos fuisse. Neque novicium est carmen, hunc antiquitatis nitorem et elegantiam non poterat Graecorum vanitas assequi. Simonidem autem, qui tumulos mortuorum prope Plataeas versibus suis ornavit, consentaneum est, etiam hoc epigramma condidisse: neque enim credere par est. tam insigne monumentum sine titulo neglectum iacuisse. — V. 1. Ἐλληνες, Anth. Ἐλλανες. — νίκης πράτει, ap. Plut. vit. Arist. νίκας πράτει (i. ἐνράτει). et ib. pro ἔργῳ Ἄρης Fa πόθῳ ἄργεος, L πόθῳ ἄργος. contra Anth. ἔσθιη χερός, ἔργῳ Ἄρης. Kaibel Νίκης desiderat, quoniam Ἄρης subsequatur, nescius id iam Sintenisum occupavisse; alii futilibus coniecturis haec tentaverunt, Schneidewin νίκης πράτει ἔργῳ Ἄρης, Hartung νίκας πράτερεργέος εἶνεν, Schmidt ἔργος vel ὅζοι Ἄρης. — V. 2. ψυχῆς λήματι, Anth. ψυχᾶς (cod. P ψυχῆς) λάματι. — V. 3. ἐλευθέρᾳ . . . ποιον, Anth. ἐλεύθερον . . . πόσμον, et ἐλεύθερον etiam Plut. vit. Arist.

Epigr. 141. Schol. Pind. Pyth. I 155: Φασὶ δὲ τὸν Γέλωνα τοὺς ἀδελφοὺς φιλοφρονούμενον ἀναθεῖναι τῷ θεῷ χρυσοῦς τρίποδας, ἐπιγράψαντα ταῦτα. Φημὶ πτλ. ubi medio disticho omissa leguntur v. 1. 2. 5. 6. Simonidis epigramma esse ostendit Anthol. Pal. VI 214: Αἱ ανάθημα τοῦ αὐτοῦ corr. Σιμωνίδον. ubi vicissim v. 5 et 6 omitti sunt. Denique Suidas Anthologia usus v. Ιαρετίον sine poetae nomine et sine explanatione haec exhibet: τὸν τρίποδ' (Med. τρίποδα δ') ἀνθέμεναι (E ἀνθέμεθα). ἐξ ἵνατὸν λιτρῶν καὶ πεντήκοντα ταλαντῶν Ιαρετίον χρυσοῦ τὰς δεκάτας δεκάταν (vulgo τὰς δεκάτας, VC τὰς δεκάτας δεκάτας, A δεκάτας δεκάτ'). Dissertuit de his versibus Hultsch: de Damareto argenteo Syracusanorum nummo Dresdae 1862 docte et subtiliter, verum quae proposuit, improbanda sunt fere omnia, velut peculiare auri talentum apud Siculos fuisse ratus, quod nullum omnino fuit, et Diodori narrationem (Xl 26) cum hoc epigrammate frustra conciliare studens tandem eo devenit, ut suis rationibus ingens tripodis pondus ad auri libram redigeret, neque vidit, derisui futuros fuisse Dinomenis filios, si tam exilis munusculi pondus praesertim hac magnifica oratione indicavissent: atque illi aemulantes Graecis, qui post maxi-

1167

παῖδας Δεινομένευς, τὸν τρίποδ' ἀνθέμεναι,
 ἐξ ἑκατὸν λιτρῶν καὶ πεντήκοντα ταλάντων
 Δαμαρέτου χρυσοῦ, τᾶς δεκάτας δεκάταν,
 5 βάροβαρα νικήσαντας ἔθνη· πολλὴν δὲ παρασχεῖν
 σύμμαχον "Ελλησιν χεῖρ" ἐς ἐλευθερίην.

mam victoriam munus ut videtur multo minus Apollini dedicaverunt et Pausaniam tituli honore orbaverunt, non solum sua nomina confidenter inscriperunt, sed etiam tripodem ex auro totum maximi ponderis deo obtulerunt; nam hic tripus inter pretiosissima Delphici templi monumenta vel primarium obtinebat locum. Sed de hac quaestione quam ea qua decet cura persequi non permittunt huius adnotationis angustiae, accuratius egi in conventu philologorum Halensi, vid. Act. conv. p. 25 seq. neque quidquam repperi, quod retractandum videatur: nam quae Hultsch non praesens, sed anno post (Act. p. 37 seq.) contra disseruit, nihil moror. Quod Simonidi denique abrogavit epigramma, satis superque arguit, quam infirmae fuerint rationes, quas antea his ipsis versibus tanquam germanis usus excogitaverat. — V. 1. Schneidewin φαμι et Πολύγαλον probabiliter. — V. 2. Δεινομένευς, cod. Pal. διομένευς. — τὸν τρίποδ' ἀνθέμεναι Anth. (Suid.), τοὺς τρίποδας θέμεναι Schol. male, unum tantum tripodem fuisse testatur etiam Diod. Sic. XI 26. Sed versus de interpolatione suspectus, poeta videtur ut solet τόνδε ποτ' ἀνθέμεναι scripsisse. — V. 3. ἐξ Boeckh (Metrol. Quaest. 295 et 304, ubi hoc distichon vindicat a Schneidewini suspicione, v. 3 et 4 subditioevidentur), legebatur ἐξ, quod tuerit Hultsch p. 16. — λιτρῶν, corrigunt λιτρὰν. — Δαμαρέτον scripsi, nam Δαμαρέτον quod Bentley commendavit, vix ferendum: debebat Δαμαρέτειον dici, aut si correpta paenultima poetæ licuit proferre, certe non decebat continuo litteram vocalem correptam penitus eiicere, sed cum vulgaris forma versu non satis commoda esset, ausus est χρονὸν Δαμάρετον scribere, quod non magis est improbandum quam Virgiliana *Romula tellus* et *Lavina littora*, aut quod Horatius de arte poet. 288: *Et qui praetextas et qui docuere togatas* novo modo dixit: atque in sch. Pind. Ol. II 1 Δημαρέτην, ἀφ' ἡς καὶ Δημαρέτειον προσωνομάσθη νόμισμα cod. Vrat. A teste Schneidero exhibet δημάρετον ὀνομάσθαι. Itaque cum olim etiam Δαμαρέτας in mentem venisset, id ipsum restitu, legebatur Δαρετίον (P δάρετίον, ubi s. m. accentum supra i adiecit) neque aliter Suidas. Meineke Δαρετίον legendum proposuit, quod Lycophroni et poetis, qui figurata carmina scripserunt condonandum, non Simonidi, quem non decebat tenebricoso vocabulo reginae nomen occultare: nam si Sophocles veniam impetrat, cum Macedonum regem, qui a suis popularibus Ἀρχέλαος nuncupabatur, Atticorum more Ἀρχέλεων vocat, facile appareat nulli poetæ licuisse reginam Δαμαρέταν inaudito prorsus nomine Δαρέταν appellare. — τᾶς, Suidae codd. ut videtur τᾶς. — V. 5. Schneidewin νικάσσαντας et πολλὰν, sicut v. 6 "Ελλασιν et ἐλευθερίαν. Offendor vanitate verborum, quae in publico monumento, quod celeberrimo loco Graeciae fuit situm, vix videtur ferenda: nam certum est Sicilienses tyrannos nulla auxilia misisse Graecis adversus Persas pugnantibus; nam πολλὴ χείρ nihil aliud quam magnas copias significat, cf. Herod. VII 157 ἀλλὶς μὲν γὰρ γνωμένη πᾶσα ἡ Ἐλλάς, χεὶρ μεγάλη συνάγεται. Herodotus refert Gelonem, cum Graecorum legati venissent auxilium petentes, respondisse, velle se maximas copias subsidio mittere, si summa imperii sibi traderetur:

— 142.

'Εξ οὐ τ' Εὐρώπην Ἀσίας δίχα πόντος ἔνειμεν

quod cum legati recusarent, infecta re domum rediisse. Sed ipse Herodotus VII 165 addit Siceliotas testari, ὡς ὅμως καὶ μέλλων ἀρχεσθαι ἐπὸ Λακεδαιμονίων ὁ Γέλων ἐβοήθησεν ἀν τοῖσι Ἑλλήσι, nisi instans cum finitimis belli grave discrimen prohibuisset: neque vanum hoc esse commentum documento est pugna ad Himeram, qua Gelo magnas copias Carthaginiensium fudit ac fugavit eodem die, quo ad Salaminem proelium navale commissum, ut Herodotus auctor est, consentiente Aristotle Poet. c. 23, secundum Diodorum XL 26 eo die, quo Leonidas ad Thermopylas cecidit: addit autem Diodorus, cum Gelo in eo esset, ut subsidio veniret Graecis (*παρεσυνάγετο πολλῇ δυνάμει πλεῦ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ συμμαχεῖν τοῖς Ἑλλησι κατὰ τῶν Περσῶν*), nuntium de victoria Salaminia allatum esse, itaque expeditionis consilium abieciisse. Gelon igitur, quamvis rerum Medico bello gestarum non fuerit participes, alacrem certe animum ad defendendam communem patriam exprimpsit, ac devictis Carthaginiensibus Graecorum libertatem non minus stabiliverat, quam qui adversus Persas pugnaverunt. Hinc Pindarus Pyth. I 76 seq. proelium ad Himeram aequiperandum censem Salaminio tropaeo et victoriae Plataeensi, itaque Ephorus (schol. Pind. Pyth. 146) Gelonem dicit Carthaginiensibus *διαμαχησάμενον μὴ μόνον τοὺς Σικελίωτας ἐλευθερῶσαι, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν*. Eandem laudem Geloni et fratribus Simonides vindicat, nec poetae singularem modestiam desiderabis, si *σπουδῆ δὲ παρασχεῖν σύμμαχον Ἑλλησιν χειρὶ ἐσ ἐλευθερίην* restitueris.

Epigr. 142. Affert Aristid. II 209: ὥστε τοῖς προτέροις ἔργοις ἐκπεληγμένων τῶν ποιητῶν τοῖς ὅτ' ἐπήσαν οἱ βάρβαροι πραχθεῖσιν, ὅμως τις ὑμητερεύειν αὐτῶν εἰς ταῦτα ὑστερον, οὐ πάντα, ἀλλὰ μᾶς τυνος ἡμέρας ἔογα, ἐξ οὐ τ' οὐλ. et secundum distichon ib. 210 repetitur. Simonidis esse idem significat 513, ubi rursus integrum epigramma una cum aliis Simonidis carminibus affertur. Adde schol. Aristid. III 209 (Frommel 70 et 366): *εἰς τὰς αὐθημερὸν ταύτας νίκας Σικελίδης ὑμητερεύειν, λέγων ἐξ οὐ τ' οὐλ.* Anth. Pal. VII 296 corr. σικελίδον τοῦ κῆρου. C εἰς τὸν μετὰ οἴμωνος στρατευσαμένους ἐν αὐτῷ ἀθηναίονς, ὅτε τὰς ϕ ναῦς τῶν φοινίκων ἐλαβον. Diod. Sic. XI 62, qui dicit: ὁ δὲ δῆμος τῶν ἀθηναίων δενάτην ἐξελόμενος ἐν τῶν λαφυρῶν ἀνέθηκε τῷ θεῷ, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἐπὶ τῷ κατασκευασθὲν ἀνάθημα ἐπέγραψε τίνδε. ἐξ οὐ γ' οὐλ. Denique Apostol. VII 57a, et sine p. nom. Arsen. 329. — Carmen hoc, quod Lunghahn novicium poetam ludendi causa panxisse perhibet, antiquum et nobile fuisse arguunt duo epigrammata, quorum exordium ad huius poemati similitudinem compositum est, Atticum satis pingui illud quidem Minerva edolatum et incisum Ol. 101, 1 (CIGr. I 85): *'Εξ οὐ Κέροπα λαὸς ἀθηναίων ὄνομάζει, καὶ χώραν Παλλὰς τίνδ' ἐπιτισε δῆμῳ ἀθηνῶν, οὐδεὶς Σωσιβίον καὶ Πνορᾶ μείζονα . . .** φυλὴν Κεροπιδῶν ἔογε ἐδρασ' ἀγαθά, alterum illo ut videtur aetate fere suppar Xanthi in Lycia repertum (CIGr. III 4269): (*'Ε*)*ξ οὐ τ' Εὐρώπην (*Α*)σίας δίχα πόν(τ)ος ἔνειμεν οὐδεῖς πα λαυτῶν στηλὴν το(i)άνδ' ἀνέθηκεν δώδεκα θεοῖς ἀγορᾶς ἐν καθαρῷ τεμένει (νικ)έων καὶ πολέμου μνῆμα τόδ' ἀθάνατον οὐλ.**).*

*) Scripsi *Πνορᾶ*, Boeckh *Πνόρα* dedit. Novissimum vocabulūm, cuius aliquot elementa restant, non expedio.

**) Memorabile est in utroque monumento *ΟΤΛΕΣ* exaratum esse, qui consensus cum non fortuitus videretur, conieci in archetypo fuisse

καὶ πόλιας θυητῶν θοῦρος Ἀρης ἐφέπει,
οὐδένι πω κάλλιον ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν
ἔργον ἐν ἡπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ὄμοι.
5 οἵδε γὰρ ἐν γαῖῃ Μήδων πολλοὺς ὀλέσαντες
Φοινίκων ἑκατὸν ναῦς ἔλον ἐν πελάγει
ἀνδρῶν πληθούσας μέγα δ' ἔστενεν Ἀσὶς ὑπ' αὐτῶν
πληγεῖσ' ἀμφοτέραις χερσὶ κράτει πολέμου.

1168

Aristid. et schol. (epigr. Xanth.), ἔξ οὗ γ' Anth. Diod. Ars. — Εὔρωπην Ἀσίας, Anth. Εὐρώπαν Ἀσίης. — ἔνειμεν, Aristid. et schol. ἔκοινεν. — V. 2. πόλιας, Diod. πόλεας (codd. πολέας), Anth. πόλεμον λαῶν, inde Dorville πολέμους θνητῶν commendavit, mihi πόλιας λαῶν poeta videtur scripsisse, nam θνητῶν displicet, quoniam ἐπιχθονίων ἀνδρῶν continuo subsequitur. — ἐφέπει, Diod. ἐπέχει. — V. 3. οὐδένι, Diod. οὐδέν, Anth. οὐδαμά. — κάλλιον, Anth. cod. P. καλλίων, Diod. τοιούτον male, fortasse Atticum illud epigramma vel aliud simile librariis veteribus obversabatur. — V. 4. ἔργον, cod. P. Anth. a m. pr. εὐεργον. — ὄμοι, Anth. Diod. ἄμα. — V. 5. οἵδε, Anth. cod. P οἵδε, schol. Arist. cod. A et Paris. B εἵδε. — γαῖῃ Arist. et schol., Κύπρῳ Diod. Anth. Arsen.; γαῖῃ, quod iam Krüger recto usus iudicio tuctur, non solum commendatur verbis proximis ἐν πελάγει, sed etiam multò magis stabilitur versu praegresso ἔργον ἐν ἡπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ὄμοι, quae lectioni ἐν Κύπρῳ plane adversantur; nam proelium pedestre si in insula commissum fuit, nullo pacto ἐν ἡπείρῳ dici potuit: itaque manifestum est, epigramma ad victoriam Eurymedontiam, non ad pugnas Cyprias spectare. Altera lectio ἐν Κύπρῳ nihil est nisi interpretamentum hominis, qui vel utramque victoriam temere confudit, vel deceptus est Diodori narratione (XL 60), qui proelium navale περὶ τὴν Κύπρον commissum esse narrat; etenim ἡ περὶ τὴν Κύπρον ναυμαχία poterat etiam ἡ ἐν πόντῳ ν. dici, quemadmodum ἡ Σαλαμῖνι vel ἡ ἐν Μυκάλῃ μάχη, neque vero pedestris pugna ad Eurymedontem in Pamphylia commissa, quae hoc versu memoratur. Neque adversabor, si quis iam Diodorum in suo exemplo interpolationem istam repperisse existimet, quam denuo tuitus est Lunghahn plane incredibilia commentus, verbis οἵδε . . . πληθούσας navale proelium, μέγα δ' . . . πολέμον pedestre describi, ἐν Κύπρῳ ἐν πελάγει interpretatus opinor ἐν Κυπρίῳ πελάγει, sed ἀμφοτέραις χερσὶ cum intelligeret repugnare suae explicationi, prava coniectura αὐθ' ἐτέραις tentavit. — ὀλέσαντες, schol. Arist. cod. A ὀλέσαντες, ap. Diod. AHL ἐλέσαντες. Difficultatem, qua oratio laborat, infra expedire conatus sum, sed oportebat poetam, quem rerum gestarum ordinem cognitum habuisse consentaneum est, verborum ambiguitatem procul habere; haud scio an mendum delitescat: planam reddideris narrationem scribendo πολλοὺς Μήδων ἐδάμασσαν Φοινίκων θέντας ναῦς ἔλον, quemadmodum est ep. 135 παντοδαπῶν ἀνδρῶν γενεὰς . . . τῷδε ποτὲ ἐν πελάγει ναυμαχίᾳ δαμάσαντες. Cum Simonides aliis locis ἐλέσαι vel ὀλέσαι de Graecis victoribus dixerit, non mirum ad eundem modum hunc locum interpolatum esse. — V. 6. ἔλον, ap. Arist. priore l. EN εἶλον. — V. 7. ἔστενεν, ap. Arist. pr. l. E ἔσταινεν, L ἔστεμεν, ap. Schol. A et Par. B ἔσθενεν,

οὐδεὶς πω κάλλιον ἐπιχθονίων τέλεσ' ἀνδρῶν ἔργον, ut uterque versificator antiquam scripturam monumenti in Cimonis honorem excitati servaverit: nam huius tituli admodum dubiam esse paradosin appetet.

in Anthol. huius hemistichii nihil superest nisi in rasura a m. s. ἔστεν . . . , ap. Diod. Η δεσγενέασις ὥπ' αὐτῷ, F δ' ἐσγενέας . . . ὥπ' αὐτῷ, K δ' ἐσγενέας ὥπ' αὐτῷ, et ὥπ' αὐτῷ etiam AL. — V. 8. πληγεῖσ', in Anth. cod. P et sch. Ar. Par. Β πληγεῖς. — ἀμφοτέραις χερσὶ, ap. Arist. priore loco vulgo ἀμφοτέρᾳ χειρὶ, quod correctum ex ENL, in Anth. cod. P. ἀμφοτέραις χερσὶ. Ἀμφοτέραις χερσὶ est copiis pedestribus et maritimis, non quod vulgo dici solet ἀμφοῖν τοῖν χερσὶν i. e. omni virium contentione, ac fortasse restituendum ἀμφοτέρᾳ χειρὶ, quemadmodum Aristid. I 226 de Xerxe Atticam invadente scripsit ὁ δὲ ἀμφοτέρᾳ τῇ χειρὶ παρῆν. Quod sequitur κράτει πολέμου satis tuetur ep. 140 νίκης κράτει ἔργῳ Ἀρησ. Perperam Blomfield tentavit ἀμφοτέρως χερσονορατεῖ πολέμῳ, nec melius Hecker πληγαις ἀμφοτέραις, χερσινορατεῖ πολέμῳ.

Sed quaeritur hoc epigramma num recte sit Simonidi adscriptum. Si quis ad Cyprias pugnas retulerit, tum a Simonide plane alienum; nam illae res gestae sunt Ol. 82, 3. Sed priores Cimonis victorias hoc epigrammate illustratas esse iam ad v. 5 adnotavi, quamquam homines docti etiamnunc ambigunt, utrum Cimonis Victoria ad Eurymedontem anteriores pugnae ad Cyprus hoc poematio celebrentur. Aristides quidem victoriam Eurymedontiam planissime testatur priore loco II 209: ἐπὶ δὲ Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ναυμαχίᾳ καὶ πεζομαχίᾳ μνημεῖα ἔστησεν ἀμφότερα ἡμέρᾳ μιᾷ νικῶν, ὥστε τοὺς προτέρους ἔργους οὐτ. (quae supra adscripsi), neque aliter scholiasta Aristidis, qui non ad hunc locum, sed ad Panathenaicum adscripsit, et Simonidis nomen addit, quod apud ipsum Aristidem non legitur; item Diodorus, quamquam non satis recte res illie gestas enarravit, fortasse in errorem inductus prava lectione v. 5 ἐν Κύπρῳ. Cypriam pugnam Anthologia tueri videtur, sed lemmatis nulla plane est auctoritas; nam omnia quae ibi leguntur, ex ipso epigrammate petita sunt. Testium igitur locupletum auctoritas Eurymedontiam victoriam tuetur, atque sequitur hoc Krüger Hist. Stud. 1169 I 64 seq. Contra ad Cyprias pugnas referunt Engel Kypros I 282, nullis omnino argumentis usus, et A. Schaefer Philol. XXIII 183, qui quamquam et ipse v. 5 lectionem ἐν γαίῃ probat, tamen assensus est Englio: sed argumenta quae profert, vacillant omnia. Eiusmodi praeconium, quale hoc epigramma exhibet, optime convenit Victoriae Cimoniae, quae non tantum gravissime affixit Persarum res (hinc aptissime v. 7 μέγα δ' ἔστενεν Ἄσις οὐτ.), id quod multo minus de altera Victoria praedicari poterat), sed etiam eo memorabilis erat, quod eodem die bis victi sunt Persae, id quod de hac Victoria testantur omnes, de altera nemo prorsus memoriae prodidit. Quod si quis posteriorem victoriam hunc in modum laudibus extulisset, gravem iniuriam erat facturus Cimoni, nullo quidem successu; neque enim Eurymedontiae Victoriae memoria obscurata est Cypriarum pugnarum laude, sed potius illas depressit; cf. Lycurgi or. in Leocr. 72: ἐπ' Εὐρυμέδοντι δὲ καὶ πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες ἐνίκησαν, ἵνατὸν δὲ τριήρεις τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους ἔλαβον, ἀπασθαντεῖς δὲ τὴν Ἄσιαν κακῶς ποιοῦντες περιεπλεύσαν, καὶ τὸ περφάλαιον τῆς νίκης, οὐ τὸ ἐν Σαλαμῖνι τρόπαιον ἀγαπήσαντες ἔστησαν, ἀλλ' ὅρους τοὺς βαρβάρους πήξαντες τὸν εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος καὶ τούτους παλλίσαντες υπερβαίνειν, συνθῆκας ἐποίησαντο οὐτ. Diod. XI 61: οὐδέποτε γάρ μνημονεύονται τοιαῦται καὶ τηλιπαῦται πράξεις γενέσθαι κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν καὶ ναυτικῶ καὶ πεζικῶ στρατοπέδῳ. Arist. I 296: ἥδη δὲ καὶ δύο τρόπαια εἰς μίαν ἡμέραν ἥλθε καὶ ναυμαχία πεζομαχία παρισάθῃ τοσοῦτον δὲ τῷ βασιλεῖ περιεγένετο, ὥστε ἐνδοξοτέραν αὐτὸν τὴν ἀρχὴν καὶ τοὺς τόπους ταῖς νίκαις ἐποίησαν. οὐδὲ οὖν Εὐρυμέδων οὐχ ἦκιστα διὰ τούτους ἄδεται. Pausan. I 29, 15: οἱ σὺν Κίμωνι τὸ μέγα ἔργον (ἐπ' Εὐρυμέδοντι) πεξῆ καὶ ναυσὶν αὐθῆ-

μερον πρατήσαντες. Haec praeconia plane conspirant cum epigrammate, ac manifestum, illis hoc ipsum poematum obversatum esse: Cypriae victoriae nusquam eiusmodi laudibus ornantur. — Iam quod legitur in epigrammate v. 5 ὄλέσαντες . . . ἔλον, cave participium interpretaris latino vocabulo *postquam*, est enim nihil aliud quam ὥλεσαν οὐαὶ εἴλον^{*)}). Sane navale proelium ante pedestre commissum est, cf. Guil. Vischer de Cimone p. 24seq., sed poetae licuit ordinem rerum gestarum inverttere, cum vel rerum gestarum scriptores et oratores, quibus non est eadem venia concessa, σύστερον πρότερον admiserint plane ad eundem modum, velut Thucydides I 100: ἐγένετο δὲ μετὰ ταῦτα οὐαὶ ἡ ἐπ' Εὐρωμέδοντι ποταμῷ ἐν Παιμφυλίᾳ πεζομαχία οὐαὶ ναυμαχία Ἀθηναῖσιν οὐαὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς Μήδους, οὐαὶ ἐνίκων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀμφότερα Ἀθηναῖοι Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδον στρατηγούντων. et Lycurgus (vide supra): ἐπ' Εὐρωμέδοντι οὐαὶ πεζομαχούντες οὐαὶ ναυμαχούντες ἐνίκησαν, sive quod usitata fuit cantilena οὐαὶ γῆν οὐαὶ οὐαὶ θάλασσαν (cf. Diodor. XI 61: νενικηότες δύο οὐαλλίστας νίναις τὴν μὲν οὐαὶ γῆν τὴν δὲ οὐαὶ θάλασσαν), sive quod huius epigrammati memoria iis obversabatur**). Non debebat igitur Schaefer uti hoc argumento, ut epigramma ad Cyprias pugnas revocaret, praecipue cum ibi quoque, ut iam olim monui, navale proelium ante pedestre sit commissum, id quod non solum per se consentaneum est, sed etiam Thucydides I 112 et Diodor. XII 3 testantur (nam Plut. vit. Cimon. c. 18 non satis dilucide res gestas enarrat). Denique quod epigramma centum naves Phoenissas captas esse testatur, sane eundem navium captarum numerum Diodor. XII 3, ubi proelium navale ad Cyprum descriptis, exhibet, verum etiam Lycurgus auctor est, centum naves in proelio Eurymedontio captas esse***), neque adversatur Thucyd. I 100: οὐαὶ εἴλον τρήγεις Φοινίκων οὐαὶ διέφθειραν τὰς πάσας ἐξ διακοσίας, nam et per se consentaneum est, cum Phoenissae naves centum captae fuerint, Cilicum et Cypriorum naves non omnes salvas integrasque discessisse, ac praeter eas quas ceperunt Graeci, multas esse demersas (quemadmodum etiam in Cypria pugna factum, vid. Diod. XII 3: πολλὰς μὲν τῶν νεῶν οὐατέδυσεν, ἐνατὸν δὲ σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν εἶλε), idque ipsum testatur Diod. XI 66: πολλὰς μὲν τῶν ἐναρτίων ναῦς διέφθειραν, πλείους δὲ τῶν ἐνατὸν σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν εἴλον, quae ex locuplete auctore descripsit (nam infra XI 61 temere dicit captas esse naves CCCXL, tot enim navium tunc erat Persica classis); haec igitur Thucydides comprehendit, naves CC numerans, quae non recte interpretatus Plutarchus vit. Cimon. c. 12 captas dicit CC, et praeterea alias demersas esse coniectura auguratur. Itaque Schaeferi argumentis refutatis tenebimus, epigramma hoc ad Eurymedontiam Cimonis victoriam referendum esse.

Sed quaeritur quo iure hoc epigramma ad Simonidem referatur, cui plerique, qui hos versus servarunt, nominatim tribuunt. Simonidem diem supremum Ol. 78, 1 sub finem anni obiisse constat, sed proelia ad Eurymedontem commissa cui anno sint adscribenda omnino incertum.

*) Sed conferas quae supra ad h. v. exposui.

**) Iunghahn recte composuit ep. 105 de his ipsis rebus ad Eurymedontem gestis πεζοί τε οὐαὶ ὀκνυπόρων ἐπὶ νηῶν, et ep. 107 v. 5 ubi poeta propter vinciae orationis angustias proelium ad Mycalen ante Salaminiam pugnam memorat.

***) Eundem numerum prodidit Aristodemus c. 11 paucis res ad Eurymedontem gestas perstringens: οὐαὶ ἐνανυάγησαν Φοινίξι οὐαὶ Πέσσας, οὐαὶ λαμπρὰ ἔργα ἐπεδεῖξαντο, ἐνατόν τε ναῦς ἐλόντες αὐτάνδρους ἐπεζομάχησαν, οὐαὶ δύο τρόπαια ἔστησαν, τὸ μὲν οὐαὶ γῆν, τὸ δὲ οὐαὶ θάλατταν.

Diodorus has pugnas ad Ol. 77, 3 refert (XI 60), ita ut nihil obstare videatur, quominus credamus Simonidem hoc praeconio Cimonem exornavisse: sed Diodorum iustum temporum rationem parum diligenter observavisse satis superque constat. Longe aliter Eusebius, qui hoc proelium ad Ol. 79, 4 refert: sed quae sit illi fides, apparebit, si reliqua, quae ibi recenset, aliorum auctorum fide ad iustos calculos revocaveris: omissis igitur iis, quae non licet satis certo ad annalium ordinem revocare, Eusebii rationes*) et ex adverso emendatos annales adscribo.

Eusebius.

Ol. 74, 4. Xerxes Athenas incendio absumpsi, ut ipse Eus. dicit, Callia(de) archonte.	Ol. 75, 1.
Ol. 75, 1. Proelia ad Thermopylas et ad Salaminem.	Ol. 75, 1.
Ol. 75, 4. Hiero Geloni succedit (cf. Ol. 76, 2).	Ol. 75, 3.
Ol. 76, 1. Proelia ad Plataeas et apud Mycalen.	Ol. 75, 2.
Ol. 76, 4. Pindarus inclaruit.	Ol. 75, 1. (Diod. S. XI 26)
Ol. 77, 1. Themistocles ad Persas confugit.	Ol. 75, 1.
Ol. 77, 2. Sophocles primam docuit fabulam (cf. etiam Ol. 78, 1).	Ol. 77, 4.
Ol. 78, 3. a) Themistoclis mors (Diodorus Ol. 77, 2). b) Socrates natus. c) Lapis de coelo cecidit.	Ol. 77, 4 (sec. Apollod.). Ol. 78, 2 (Plin. II 149).
Ol. 79, 1. Artaxerxes Artabano successit.	Ol. 78, 3.
Ol. 79, 3. Siciliae populare imperium.	
Ol. 79, 4. a) Proelium ad Eurymedontem. b) Solis defectio.	
Ol. 80, 1. Anaxagorae mors.	Ol. 78, 1 sec. Apollodori depravata exempla.

Apparet igitur, omnes res gestas non solum non suis annis adscribi, sed etiam, quod multo est gravius, iustum rerum ordinem turbatum esse.

Non minus in diversas partes discedunt nostri homines. Krüger, qui omnium diligentissime rerum hoc tempore gestarum ordinem per-scrutatus est, Diodori rationem (Ol. 77, 3) assensu suo comprobavit (Hist. Stud. I 52 et 64 seqq.); Schneidewin O. Müllero auctore has pugnas multo post commissas esse statuit, itaque Simonidi non tantum hoc epigramma, sed etiam 105 et 106 abrogat; Clinton haec quadriennio post sive Ol. 78, 3 accidisse arbitratur, eumque sequuntur Grote, Curtius Hist. Gr. II 118, Oncken Athen und Hellas I 130. II 135; denique A. Schaefer, qui nuper denuo Krügeri rationes examinavit (de rerum post bellum Pers. gest. temporibus. Lips. 1865), pugnas illas ad Ol. 78, 4 revocavit **).

Ego cum antea Krügerum secutus Cimonis victoriam ad Ol. 77, 3 retulisset, postea proximo anno Ol. 77, 4 attribui (de vita Sophoclis p. XIII), quamquam quae ibi scripsi nunc non iam omni ex parte tueor. 1171
Sunt autem hae quaestiones tantis difficultatibus impeditae, ut vix licet rationem proponere, quae nulli calumniae sit obnoxia. Velut Schaefer, qui denuo haec sub examen vocavit, cum eidem anno, quo Cimon victo-

*) Eusebianos numeros nunc adscripsi quemadmodum Schoenii recensio exhibet.

**) Qui post Schaeferum res hac aetate gestas perstrinxit, Pierson (Philol. XXVIII) de proelii ad Eurymedontem tempore assensus est Schaefero (vid. l. l. p. 66), de aliis rebus dissentiens.

riam illam reportavit, Thasiorum defectionem adscripsit, haud dubie errat: nam Thucydides cum (l. 100) *χρόνῳ ὑστερον*, non μετὰ ταῦτα, Thasios defecisse dicat, longius temporis intervallum intercessisse iure colligas: recto iudicio usus Krüger I 145 duorum vel trium annorum interstitium significari arbitratur. Thasus hiberno tempore, ut consenteum est, defecit, cum comperissent, opinor, Athenienses id agere, ut continentis oram finitimam coloniis occuparent: Athenienses, ut verisimile est, statim verno tempore Thasiorum classem navalii proelio superaverunt et urbem obsidione cinxerunt: continuo autem, aestate ut videtur, expeditionem ad Strymonem, quam paraverant, suscepserunt; sed haud ita multo post, hieme Atheniensium coloni maxima clade a Thracibus afflicti sunt: hanc calamitatem scholiasta Aeschinis d. f. l. 31 έπὶ Λασιστράτους accidisse testatur: praetoris nomen corruptum, Krügerus facillima mutatione *Λασιστράτον* restituit, ut clades illa Ol. 78, 2 acciderit: haec ratio si recte se haberet, possis suspicari *Λασιστράτους* nomen vitii immune esse et potius apud Diodorum id ipsum nomen in locum *Λασιστράτον* substituendum: tunc igitur Thasus defecit Ol. 78, 1 ac nihil prohibet, quominus Krügerum secuti Cimonis victoram ad Ol. 77, 3 referamus. Sed cum proximorum annorum magistratus nomina similia gerant, Ol. 78, 3 *Λασιστρίας*, Ol. 78, 4 *Λασιθέος*, incerta est emendatio; illud certum, unum ex tribus huius triennii nominibus restituendum esse. Evidem omnibus rerum momentis examinatis Clintoni conjectaram sequor έπὶ Λασιθέον, quamvis minus facilis videatur, quam post alios etiam Schaefer probavit. Tunc igitur Thasus defecit Ol. 78, 3; ac si statuimus circa initium Ol. 78 apud Eurymedontem pugnatum esse, interstitium, quod Thucydidis verba arguunt, nacti sumus.

Postquam Themistocles testarum suffragiis extorris factus erat, Cimonis virtus enituit; et Eion quidem capta Ol. 77, 3 (έπὶ Ιησοτίωνος); Cimoni et collegis victoribus Athenienses hermarum dedicandorum honorem concesserunt (vid. Aeschin. in Ctesiph. 183 seq.), statimque colonia illuc deducta, fortasse hoc ipso anno; sed clade ibi afflicti sunt Athenienses proximo anno Ol. 77, 4 (έπὶ Αψεψιώνος): nam scholiasta Aeschinis non satis diligenter rem enarrat, quasi iidem duces, qui ceperint Eionem, cladis ignominiam perpessi sint. Eodem anno Ol. 77, 4 Cimon Scyrum expugnavit et Thesei ossa Athenas deduxit, simulque bellum cum Carystii exarsit: hieme videtur Naxos defecisse, cuius insulae obsidio haud dubie diurna fuit; defecisse insulam ante Cimonis victoriā certum est, sed subactam esse antequam Cimo expeditionem in Asiam suscepit, minime ex Thucydidis verbis conficias, qui ne intempestive narrationem intermitteret, ubi Naxi defectionem memoravit, statim quomodo Athenienses Naxiis subactis consuluerint, addit: fortasse Naxus Ol. 78, 2 demum manus dedit: ipse aliquando conieci apud schol. Arist. Vesp. v. 355, ubi dicitur Naxus capta esse έπὶ Πεισιστράτου, legendum esse έπὶ Λασιστράτου, nam nimis gravis error grammatici esse videbatur, qui Aristophanem Pisistrati expeditionem respexisse crediderit: sed haec in medio relinquo. Verno autem tempore Ol. 77, 4, postquam Sophocles Dionysiis urbanis vitor renuntiatus est (vid. vit. Soph. p. XII n. 35), Cimon expeditionem in Asiam suscepit, et media aestate sive Ol. 77, 4 extremo sive Ol. 78, 1 ineunte Persas terra marique fudit ac fugavit.

Quaeritur denique, utrum inter έπικήδεια an inter ἀναθηματικά hoc epigramma referendum sit: sane in Anthologia illis accensetur, at Diodorus dilucide: ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀθηναίων δεκάτην ἐξελόμενος ἐπὶ τῶν λασιρών ἀνέθηκε τῷ Θεῷ (unus cod. I τῇ Θεῷ) καὶ τὴν έπιγραφὴν έπὶ τῷ πατασιενασθὲν ἀνάθημα ἐπέγραψε τίνδε. Aristides nihil ad solvendam quaestionem confert. Krügerus I 67 seq. funebre esse car-

men contendit, maxime confisus pronomine οἴδε, verum enim vero fatendum praeterea in ipso poematio nihil inesse, quod sepulcro destinatum esse arguat; neque existimandum, unum alterumve distichon intercidisse, nam carmen haud dubie integrum est*). Itaque nunc potius Diodorum sequor, quem facile appetat haec non ipsum commentum esse, sed aliunde descripsisse; atque tam diligenter sive potius negligenter hoc officio functus est, ut cum locum, ubi hoc monumentum fuit, nominatim dicere deberet, id praetermisserit**). Evidem credo in memoriam victoriae Cimonis ceterorumque ducum statuas dedicatas fuisse, ut iam commode in epigrammate dici potuerit οἴδε γὰρ κτλ. Tale monumentum fuit, quod Spartani post victoriam ad Aegos flumen Delphis dedicaverunt, ubi praeter deorum signa etiam Lysandri aliorumque plurimorum statuae visabantur, cf. Paus. X 9, 7 seq. Neque ab antiquioris artis ingenio abhorrente eiusmodi monumenta arguit donum, quod Phocenses in memoriam victoriae de Thessalae reportatae Delphis dedicaverunt, Aristomedontis opus, qui ut Pausan. X 1, 10 refert finxerat Τελλίαν τε τὸν μάντιν καὶ ὅσαι μαχούντοις ἄλλοι σφίσιν ἐστρατήγησαν, σὺν δὲ αὐτῷς καὶ ἡρωας τῶν ἐπιχωρίων. Adde Onatae opus, quod Tarentini Delphis dedicaverunt, quod ipsam Tarentinorum et barbarorum pugnam exhibebat, vid. Paus. X 13, 10 (ubi praeter alios Opis, Iapygum rex, nominatim recensetur); porro Atheniensium monumentum, quod post proelium Marathonium Apollini Pythio consecraverunt, ib. X 10, 1: τῷ βάθρῳ δὲ . . . ἐπίγραμμα μὲν ἐστιν ἀπὸ δεκάτης τοῦ Μαραθωνίου ἔργου τεθῆναι τὰς εἰκόνας, ubi praeter deorum et heroum Atticorum statuas, quas Phidiam fecisse Pausanias auctor est, etiam Miltiades visebatur. — Diodorus cum decimam τῷ θεῷ oblatam esse memoret, Apollinem Pythium dici coniicias: at Delphis Athenienses palmam et Minervae signum dedicaverunt, neque praedae decima haec fuisse videtur, cf. Paus. X 15, 4: τὸν δὲ φοίνικα ἀνέθεσαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν χαλκοῦν, καὶ αὐτὸν καὶ Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐπέχρονσον ἐπὶ τῷ φοίνικι ἀπὸ ἔργων, ὃν ἐπ' Εὐρυμέδοντι ἐν ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ τὸ μὲν πεζῇ, τὸ δὲ ναυσὶν ἐν τῷ ποταμῷ πατώθεσσαν. Quapropter censeo apud Diodorum scribendum esse τῇ θεῷ, ut Athenienses Minervae decumam obtulerint, ac praeterea Apollini Delphico aliud donum de manubiis dedicarint***).

Iam si Athenienses Cimonis et collegarum statuas Minervae consecrarent, facile appetat, opus diurni laboris non continuo post ducum redditum absolvı potuisse; itaque id ipsum prohibet, quominus epigramma his statuis subscriptum Simonidi vindicemus, qui paucis mensibus post Cimonis redditum decesserit: nam quod antea largitus sum potuisse poetam grandaevum statim, postquam artifex operis sibi demandati consilium mente animoque designavit, hoc carmen in Cimoniae victoriae memoriam condere, iam retracto: Simonides, Hieronis hospitio

*) Titulus inscriptus pilae in Ceramico Athenis in honorem eorum, qui ad Eurymedontem occubuerunt, extat supra ep. 105: itaque si hic titulus sepulcralis, foret referendus ad monumentum in Pamphylia excitatum.

**) Diodorus historiarum scriptorem, Ephorum ut opinor, sequitur, qui si τῇ θεῷ scripsit, manifestum erat donarium Athenis Minervae oblatum esse. Diodorum, qui non sicut Ephorus Athenis degebat, planius rem expondere decebat.

***) Quod in epigrammate locus, ubi proelia commissa sunt, non nominatur, nihil habet offensionis: etenim additus erat praeterea legitimus titulus, qui significabat Athenienses Minervae dedicavisse hoc monumentum de manubiis, postquam Medos ad Eurymedontem duobus proeliis profligaverunt.

143. [200.]

1172

Τόξα τάδε πτολέμου πεπαυμένα δακρυόεντος
 νηῷ Ἀθηναίης κεῖται ὑπωρόφια,
 πολλάκι δὴ στονόεντα πατὰ κλόνον ἐν δαῖ φωτῶν
 Περσῶν ἵππομάχων αἴματι λονσάμενα.

1173

144. [201.]

Οὐτω τοι, μελία ταναά, ποτὶ κίονα μακρόν
 ἥσο, πᾶνομφαίῳ Ζηνὶ μένουσ' ἱερά·

